ut non putes eum de futuro vaticinari : sed de preteritis historiam texere. Texo.is.texui texere.textū.tu. dicitur telam facere : cooperire : ordinare : construere. vnde hic textus.tus.tui.liber continens tractatum sine littere expositione. a Secundus ꝯo virgam nuceā ⁊c. ⁊ Nota q̄ j. Hieremie nostra littera est : virgā vigilantē ego video. Et hāc habēt Aq̄la Symach⁹ ⁊ Hieronymus. Septuaginta autē dicūt: baculum nuceum. Exodi⁹ ꝯo : virgā amigdalinā. Et omnia ista competunt xp̄o : qui dicit virga in correctiōe maloꝝ. Numeri xvij. Consurget virga in Jsrael ⁊ percutiet duces Moab. Baculus dicit in sustentatione bonorum actiuorum. ps. Virga tua ⁊ baculus tuus ipsa me consolata sunt. Virga dicit in custoditione contemplatiuoꝝ. ps. Ecce nō dormitabit neq̄ dormiet. Amigdalus dicit in sanatiōe spiritualium infirmitatū. ps. Misit verbum ⁊ sanauit eos. Aut quia pascit dicit in refectione pfectoꝝ. Matb. xj. Venite ad me omnes qui laboratis ⁊ onerati estis ⁊ ego reficiam vos. b Et ollam succensam ⁊c. ⁊ Per ollam succensam intelligitur rex Babylonie : qui bene dicit olla succēsa ꝓpter ambitionem.sicut patz in principio Judith. vel quia ex toto iudeos in nihilū coxit. vnde Hiere. j. ca. Primus comedit eum rex assur : sed iste nouissim⁹ Nabuchodonosoꝛ exossauit eum. Aquilo dicit quasi aquas ligans : vent⁹ gelidus ⁊ siccus : p quē signatur diabolus : a cuius facie olla succenditur : cum peruerse suggestiones insufflantur. Isa. liij. Ego creaui fabrū sufflantē in igne prunas ⁊c. c Et pardum spoliatū ⁊c. Hiere. xiij. est nostra littera: Si mutare potest ethiops pellem suā : aut pard⁹ varietates suas ⁊ vos poteritis benefacere cū didiceritis malū. q. d. sicut ab ethiope non potest separari nigredo : nec colorū varietas a pardo : ita vos estis insepabiliter obstinati in malo. vnde Sap. xij. Nequā est natio eoꝝ ⁊ naturalis malicia eorum. sez studio nō natura. Pardus bestia ē velocissima ⁊ preceps ad sanguinem ⁊ est variorum colorum : p quod notatur in iudeis diuersitas vitiorū. d Et quadruplex ⁊c. ⁊ In tenis quadruplici plangit sez alphabeta ꝓpter destructionē Hierusalem quā futurā predicauit: presentē vidit : preteritam deplorauit. Singuli autē versus lamētationum ꝑm ordinem hebraicarum litterarū in idiomate sumūt initiū. Verbi gratia : prim⁹ versus incipit ab aleph secundus a beth. ⁊ sic de alijs vsq̄ ad finem alphabeti. Et postea repetit alphabetū ⁊ quater in principijs versuū ordinatur. In tertia aūt repetitione singula elemēta triplicitē reperiuntur. Necto.ctis.nexi. vel nexui. nectere plura sigt que habentur p hunc versum : Necto dat inserere : cōiungere : siue ligare. Ante to c veniens in xi to mutat ⁊ in xū Datq̄ xui pecto pariter xi sic quoq̄ necto. e Diuersis metris. Unde Hiero⁹ in quadā epistola ad Marcellam : que incipit : Audiui⁹ tertius ⁊c. sic ait: Habes in lamentationib⁹ Hieremie quatuoꝛ alphabeta : ex quib⁹ duo prima quasi saphico metro scripta sunt : quia tres versiculos qui sibi nexi sunt ⁊ ab vna tm̄ littera incipiunt exoicū coma concludit. Tertium alphabetum trimetrū scriptū est trinis litteris : sed eisdem trini versus incipiunt. Quartū alphabetum simile est primo ⁊ secundo. ita dicit Jsido. in vj. etymol. sed aliquātulū lucidius dicens : q̄ duo prima alphabeta : quasi saphico metro scripta sūt: quia versiculi qui sibi inuicem nexi sunt ab vna tm̄ littera incipiūt : ꝗs exoicum coma concludit. Intellige sic : Saphicū metrū dicit : cui⁹ inuentrix Sapho fuit : ꝗle est illud : Ut queāt laris resonare fibris : ecce vnus versus. Mira gestoꝝ famuli tuoꝝ. ecce secundus. Solue polluti labij reatū : ecce tertius versus. Et post tres versus sequetur coma exoicum. i. clausula versus exoici : siue versus exametri : quo exoum. i. virorum fortium facta describunt. cum dicit: Sancte Jobannes. Iste hymnus dicit metrum saphicum : pentametrū dactylicum. Saphicum: quia Sapho puella huiusmodi metrū inuenit. Pentametrum : quia quilibet versus metricus quinq̄ habet pedes : p̄mo troc̄eum : secundo spondeum : tertio dactylū quarto troc̄eū: q̄nto similiter troc̄eū. Dactylicum dicit a pede predominante in isto metro in tertio pede : vbi vult semp̄ habere dactylum. nam in secundo pede ⁊ i quinto indifferenter potest recipere troc̄eū vel spondeum. Et subdit Jsido. tertiū alphabetū trimetro scriptum est ⁊ trinis litteris trini versus incipiunt. Concorda litterā Jsido. cum littera Hiero. que supra posita ē : ⁊ gratia exempli accipiamus illa verba Boetij de consolatione in secundo libro. vbi loquitur de mutabilitate fortune. Hec cum superba verterit vices extra: ⁊ estuantis more fertur Eurip̄us : dudum tremendos seua proterit reges : bumilēq̄ victi subleuat fallax vultum ⁊c. Hoc metrum est trimetrum iambicum continuū : q̄ constat ex sex iambis : vel trib⁹ iambis ⁊ alijs pedib⁹. Hec cū spondeus : sup iambus : ba ver. spondeus : terit. iambus : vices. iamb⁹ : extra. spondē⁹. Hec cū sup. ecce metrū ex spondeo ⁊ iambo : ba verterit: ecce aliud metrū ex spondeo ⁊ iambo : vices extra : ecce tertiū metrum ex iambo ⁊ spondeo. Similiter potes videre per sequētes versus. Jambicum dicit metrum a pede predominante scilz a iambo : qui semp̄ habet poni in secundo loco. Item panasticū dicitur ab inuentore. Item nota q̄ dimetrum vel trimetrū : vel tetrametrum i metris iambicis : trochaicis ⁊ anapestis per duplices pedes cōputare debes : in reliqs ꝯo p simplices. f Tertius ⁊c. ⁊ Hoc est cōtra nouellos magistros. Sed de senectute mentis dicit Sap. iiij. Senectus venerabilis est non diuturna neq̄ annoꝝ numero computata. Cani sunt sensus hominis : ⁊ etas senectutis : vita immaculata. g Principia. cū dicit : plurale ponit pro singulari. In primo capitulo agit de euangelistis valde obscure : ab xj. vsq̄ ad finē agit de templo : ita q̄ vix pōt eum aliquis intelligere. ita dicit Hiero⁹ sup Eccl̄. Ezechielis difficultatem hebreoꝝ monstrat traditio. nisi enim quis apud hebreos sacerdotalis ministerij etatem. id est triginta annos impleuerit : nec principia geneseos : nec cantica canticoꝝ : nec exordium Ezechielis : nec finem legere permittitur : ut ad plenā scientiam ⁊ mysticos intellectus plenū humane nature tempus accedat. b Quartus ꝯo qui ⁊ extremus ⁊c. ⁊ Magna cōmendatio est q̄ dicit temporū conscius. ix. ca. vbi agit de ebdomadibus : vbi scribit in glosa in principio Danielis. Sciendum nullum prophetam tam aperte scripsisse de xp̄o sicut iste scripsit ⁊ specialiter in. ix. ca. Nam ⁊ tempus notauit aduentus : ⁊ reges p ordinem : ⁊ annos enumerat ⁊ manifesta signa. vnde hic dicitur totius mundi philobistoricus. i. amator historiarum : a philos qđ ē amoꝛ ⁊ bistoria : a vij. ca. vsq̄ ad. xij. exclusiue. Et p hoc q̄ tam diligenter scribebat. scilicz determinādo temp⁹ reges ⁊ regna : veritatis historiarum ꝓbatur amator. Est autē bistoria narratio rei geste : p quam ea que in preterito facta sūt dignoscūtur : ⁊ dicit ab bistorin grece quod est videre uel cognoscere. Apud veteres enim nemo scribebat historiam nisi is q̄ interfuisset : ⁊ ea que scribenda essent vidisset. ꝗbꝰ autem ꝓpter prophetie certitudinem quādoq̄ de futuris tanq̄ de preteritis loquebant. i Lapidem ꝑcisum de monte ⁊c. ⁊ Dan. ij. Et exponitur de xp̄o qui dicit lapis ꝑcisus de monte sine manibus. id est conceptus ⁊ natus sine humana operatione de btā virgine ceteris preemineēte que subuertit omnia regna diaboli. de istis quatuor magnis prophetis dicit Jsido. in vij. etymol. Jsaias interpretatur saluator mūdi. Saluatorem enim vniuersarum gentium: eiusdem sacramēta amplius q̄ ceteri predicat. Hieremias excelsus dominus ꝓ eo q̄ dictum est ei: Constitui te super gentes ⁊ regna. Hiere. j. ca. Ezechiel fortitudo dei ꝑm Remigium. Confortauit me deus. vnde Ezech. iij. Man⁹ dñi

erat mecum confortans me. Daniel iudiciū dei: siue quia in presbyterorum iudicio sententiam diuine examinationis exhibuit siue q̄ visiões ⁊ somnia sagaci mēte discernēs aperuit. a Dauid Simonides noster: Pindar⁹ ⁊c.] Sicut ait Isido. in. vij etymol. Dauid interpretatur manu fortis: quia vtiq; fortissim⁹ in plijs fuit ipse: ⁊ residerabilis i stirpe. scz sua de qua predixerat Aggeus ꝓpheta: Veniet desideratus cunctis gentib⁹. quia ꝑo Dauid lyrico metro psalteriū hebraice scripsit teste Aratore qui ait: Psalterium lyrici cōposuere pedes. iō hic quinq; poetarum lyricorum nominibus appellatur. dicitur autē lyricus q̄ lyrica scribit. lyrica autem a lyra: dicuntur carmina que lyra cantantur: sicut sunt carmina Horatij. Item a lyrin quod est varietas uel diuersitas dicunt lyrica que cōtinent carminū diuersitatem ⁊ varietatem: sicut patz in odis Horatij. dicit ergo Dauid simonides noster. qui scilicz lyrice scripsit apud hebreos: sicut simonides apud grecos: de quo dicit Isido. in. j. etymol. Simonida metra Simonides poeta lyricus composuit. Item in eodē. Threnos primus versu Hieremias composuit: post hūc apud grecos Simonides poeta lyricus. Item Hieronym⁹ in epistola ad Neptianum presbyterum: Ad poetas venio: Homerū: Hesiodū Simonidem ⁊c. Quidam dicunt Symphonides quod in veritate nihil est. Item Dauid Pindarus. iste Pindarus grec⁹ fuit de quo legitur in vj. libro Valerij maximi: ⁊ primo prologo sup Job. Item Dauid noster Alcheus: de quo dicit Horatius in vltima epistola vbi loquitur de poetis qui mutuo se laudabant: Discedo Alcheus puncto illius ille meo quis. Quis mihi Callimachus ⁊c. q. d. Discedo Alcheus. id est Alcheo in laude cōparatus. puncto id est iudicio illius laudatoris, ⁊ ille laudator quis discedit meo iudicio. id est q̄s discedit a me nisi Callimachus qui fuit famos⁹ poeta. Item Dauid Flaccus noster qui lyrice scripsit ut Flaccus. id est Horatius. de quo dicit Juuenalis Omne vafer virtū ridenti Flaccus amico: Tangit: ⁊ admissus inter precordia ludit. Vafer. ra. rum. dicit callidus: quasi varia ferens: qui scilicz varijs loquit modis. Item Dauid Catullus noster ⁊ Seren⁹. expone ut supra de alijs. Catullus fuit Veronēsis. Unde Ouidius in de fine titulo in fine: Mantua Virgilio gaudet Verona Catullo. Pelingne gētis q̄ria dicor ego. Serenus forte a serenitate animi dictus est: quia serenus erat. id est clarus hilaris ⁊ tranquillus: sicut Naso dicit a magnitudine nasi. Et Ouidius quasi ouū diuidens. Dauid inquā noster cuius scilicz psalmis vtimur: xp̄m lyra psonat. i. laudat in carmine lyrico. Vel lyra ad litteram: quā tangēdo decantabat psalmos suos. Unde. ij. Reg. vj. dicitur q̄ Dauid percutiebat in organis armigatis. Item. j. Paral. xv. dixit Dauid principib⁹ leuitarum: ut cōstituerent de fratribus suis cantores in organis musicorum: nablis videlicz ⁊ lyris ⁊ cymbalis. Lyra dicitur a lyrin. id est varietas uel diuersitas: eo q̄ diuersitatem vocum faciat. Et in decachordo psalterio excitat ab inferis resurgentem. id est excitandum predicat. p̄s. Ego dormiui ⁊ soporatus sum ⁊ exurrexi. Item alibi: Non derelinquas animā meam in inferno ⁊c. Item alibi: Eruisti animā meam ex inferno inferiori. ⁊ in multis alijs locis. Decachordum psalterium instrumentum est musicū cum decem chordis: quo hebrei vsi sūt propter numerum decalogi. p̄s. In psalterio decachordo psallā tibi. Et dicit a dea quod est decem ⁊ chorda. Et dicit nablum hebraice: psalterium grece: organum latine. Dicit autem psalterium a psaltin grece quod est tangere latine: quia dum tangitur a superiori reddit sonum: ⁊ ab illo instrumento dicit liber psalterium: quia ad vocem illius psalterij Dauid decantabat psalmos: ⁊ hoc est q̄d dicit hic: q̄ cantando in decachordo psalterio excitat ⁊c. uel dicitur excitat: quia dicit in psalmo: Exurge gloria mea. Et respondet filius: exurgam diluculo. Quidam putant q̄ quia Hieronymus multum adheret antiquis historijs: loquitur hic de Dauid per similitudinem Osiri qui vxorem suam in talo a serpente vulneratam ⁊ mortuam ⁊ ad inferos iam deductam cum cythara est secutus: ut eam ab inferi extraheret: q̄ illic veniens tā dulciter cytharizauit: q̄ oēs dij infernales dulcedine cythare cōuicti ei Euridicē reddiderūt Unde Throdolus: Euridicen monitis qui regna tenēt Alcetontis: Conditione graui iussit Proserpina reddi. Et sēm Beresponit. b In decachordo psalterio. cantādo excitat. i. excitando prefigurat christum. c Ab inferis. id est a morte. uel ab inferis post spoliationem inferni: vbi portes ferreos confregit. uel excitat. id est excitandi desiderium demonstrat: in quo inuebat quantū redemptionem humani generis affectabat. Isidorus in vj. etymol. sic ait: Omnes psalmi apud hebreos metrico carmine sunt compositi. Nam more romani Flacci: ⁊ greci Pindari: nunc alij iambo currunt: nunc alchaico personant: nunc sapphico nitent trimetro uel tetrametro pede incedentes: forte propter hoc Hieronymus posuit hic Flaccum Pindarum ⁊ Alcheum. d Salomon pacificus ⁊ amabilis domini: mores corrigit: naturam docet: ecclesiam iungit ⁊ christum: sanctarumq; nuptiarum dulce canit epithalamium. Sicut dicit Isidorus in glosa. in principio Ecclesiastes. tribus nominibus vocatus est Salomon. Primo pacificus: quia sicut dicitur. iij. Regum. iiij. Pacem habuit in regno suo ex omni parte i circuitu. Idida. id est dilectus domini: quia sicut. ij. Regum. xij. Nathan vocauit nomen eius amabilis domino eo q̄ dominus diligeret eum. Item coeleth hebraice ecclesiastes grece: concionator latine: quia eius sermo non est ad vnum: sed ad vniuersos: iuxta illa tria nomina tria cōposuit volumina Prouerbia in quibus docet incipientes uel paruulos. Ecclesiasten: in quo docet proficientes ⁊ maturos. Cantica canticorum: que pertinent ad perfectos. de his plen⁹ dicetur: cum eorum speciales prologi pstringentur. In prouerbijs mores corrigit paruulorum. vnde crebro loquitur ibi quasi ad filium. In ecclesiaste naturam docet. id est naturitatem que est terminus creatorū: omnia docens breuia ⁊ caduca. vnde dicit: Vanitas vanitatū ⁊c. In canticis canticorum: ecclesiam iungit ⁊ xp̄m: quia ibi docet ecclesiam virtutibus consūmatā: ⁊ veri sponsi amplexib⁹ copulatā diligere solum deum. e Epithalamiū dicit canticum quod cantatur super thalamū. id est sup sponse ⁊ sponsi cubiculum. Et dicit ab epi quod est supra ⁊ thalamus. vnde Isido. etymol. j. Epithalamia sunt carmina nuptiarum que decantantur a scholasticis in honore sponsi ⁊ sponse. hoc primo Salomon edidit in laudem xp̄i ⁊ ecclesie. dicit itaq; : Dulce canit epithalamiū nuptiarum sanctarum. id est coniunctionis xp̄i ⁊ ecclesie. f Hester in ecclesie typo populū liberat de periculo: ⁊ interfecto Aman qui interpretatur iniquitas: partes conuiuij ⁊ diem celebrem mittit in posteros. De morte Aman legit Hester. vij Cetera que sequūtur recitant in. ix. g Paralypomenon liber. id est instrumēti veteris epitomen. ⁊c.] Sicut dicit Isido. in vj. etymol. Paralypomenon grece dicitur quod nos pretermissorum uel relictorum dicere possumus quia ea que in lege uel in regum libris uel omissa uel non plene relata sunt: in ista sūmatim ac breuiter explicantur.

precisum de monte sine manibus: ⁊ regna omnia subuertēte: claro sermone pnunciat.]

res corrigit: naturam docet: ecclesiam iungit ⁊ xp̄m: sanctarūq; nuptiarum dulce canit epithalamium.]

Et nota q̄ paralypomenon verbum grecum: est idem qđ pretermitto uel relinquo: ⁊ componitur a para quod est seorsum: ⁊ lypo quod est relinquere. Et inde paralypomenos participium passiuū preteriti tēporis: cuius genitiu⁹ pluralis est paralypomenon. i. pretermissoꝝ uel relictoꝝ ſic exponit magister Matheꝰ Vindocinensis in tractatu de prepositionibus grecis. Scōm hug. dr a para quod ē preter ⁊ etypos lb. ⁊ mene quod ē defectus q̄si pretermissoꝝ supplēs defectum: quia breuiter ⁊ summatim p̄termissa cōprehendit. vnde etiā dicit:

a Epitomen id est abbreuiatio veteris instrumenti. id est veteris testamenti quod dicitur instrumētū: quia instruit i doctrina fidei ⁊ morū. Nota q̄ hec epitome epitomes: uel hoc epitomatis. idē ē qđ abbreuiatio sermonis. ab epi quod est supra: ⁊ tomos qđ est sectio uel incisio quasi prefectio: uel precisio sermonis. Hic autem ponitur absolute pro abbreuiatione: quia breuiter colligit pretermissa.

menti veteris epitomen[a]: tantus[b] ac talis est: ut[c] absq̄ illo si quis scientiam scripturarū sibi voluerit arrogare: seipsū irrideat. Per singula quippe nomina iunctura sq̄ verborū: ⁊ pretermisse in regum libris tanguntur hystorie: ⁊ innumerabiles[d] explicantur[e] euāgelij questiones. Esdras[f] ⁊ Neemias adiutor videlicz ⁊ cōsolator a domino i vno volumine artantur: instaurant[g] templum: muros extruūt ciuitatis: omnisq̄ illa turba populi redeuntis in patriā: ⁊ descriptio sacerdotum: leuitarum: israelis: proselitorū: ac p̄ singulas familias murorum ac turrium opa diuisa: aliud in cortice preferūt: aliud in medulla retinent. Cernis[h] me

b Tantus. in sentētiarum capacitate. Ac talis est. in scripturarum dilucidatione. c Ut absq̄ illo si quis scientiam scripturarum sibi voluerit arrogare. id ē arroganter sibi atribuere. Seipsum irrideat. id est deludat ⁊ decipiat. Hic nota compositiones huius verbi rogo per hos versus: Si rogat addideris con congregat: e dat: in infert. De minuit: sub substituit: pro protrahit inter querit: pre superat: ab destruit: ar q̄ superbit.

d Innumerabiles q̄stiones, scz de diuersitate genealogie: ut in principio Matth. Cetera plana sunt. e Esdras ⁊ Neemias adiutor videlicz ⁊ consolator a domino in vno volumine artantur. Quia primꝰ liber Esdre cum verbis Neemie vnicus liber appellatur. g Instaurant templū: muros extruūt ciuitatis: omnisq̄ illa turba populi redeuntis in patriam: ⁊ descriptio sacerdotum: leuitarum: israelis: proselitorum: ac per singulas familias murorum ac turrium opera diuisa: aliud in cortice preferunt: aliud in medulla retinent. Nota q̄ dicit Isidorus in. vij. etymol. Esdras adiutor: Neemias cōsolator a domino. Quodam enim prefagio futuri nomina ista sortiti sunt. fuerunt enim in adiutorium ⁊ consolationem omni populo redeunti ad patriam. Nam ⁊ templum domini reedificauerunt: ⁊ murorū ac turrium opus restauraueruṅ. Instaurant. id ē reparant templum. j. Esdre. iiij. et. v. qz intermissum fuit opus. Omnisq̄ illa turba ⁊c. j. Esdre. j. Muros extruunt. iij. capitulo verborum Neemie vsq̄ ad vij. ⁊ ibi similiter ponitur de turribus. In cortice. littere. In medulla. spiritualis intelligentie.

scripturarum amore raptum excessisse modum epistole: ⁊ tamē non implesse qđ volui.] Audiuimus[i] tm̄ quid nosse: quid[k] cupere debeamus: ut[l] ⁊ nos quoq̄ possumus dicere: concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in oī tempore.] Ceterum[m] illud socraticum impletur in nobis. Doctm̄ scio q̄ nescio.] Tangam[n] ⁊ nouum breuiter testamētum. Matheus[o]: Marcus: Lucas: ⁊ Johannes: quadriga[p] dñi: ⁊ q[r] verū cherub qđ interp̄tat scie plenitudo p totū corp[r] oculati sūt: scintille[s] emicant: discurrunt[t] fulgura: pedes[v] habēt rectos: ⁊ in sublime tendentes: terga[x] pennata[y]: ⁊ vbiq̄[z] volantia: tenent[a] se mutuo sibiq̄ perplexi sūt: ⁊[b]

h Cernis me scripturarum amore raptum excessisse modum epistole. ⁊ tamē non implesse quod volui. Sicut dictum est supra. illa est pars principalis in qua ostendit Hieronymus difficultatem sacre scripture. Et diuiditur in duas. In quarum prima ostenditur eius difficultas particulariter. In secunda generaliter. Prima pars incipit ibi: Liber in Apocalypsi. Secunda ibi. Videlicet manifestissima est Genesis. Ista diuiditur i tres partes. In prima que vltimo expedita ē ostendit veteris testamenti difficultatem per libros singulos discurrendo. In secunda que hic incipit: ostendit affectum suum ad sacram scripturam humiliter suam ignorantiam confitendo. In tertia innuit difficultatem librorum noui testamenti. eos breuiter perstringendo. ⁊ illa pars incipit ibi: Tangam ⁊ nouū testamentū ⁊c. Ista q̄s quā p̄ manibus habemus subdiuiditur i tres partes. in quarū prima ostendit cur tantam in epistola fecerat digressionem. eū dixit: Cernis me scripturarum amore raptum ⁊c. q. d. licz tātam digressionem fecerim: nondum meo desiderio satisfeci. In secūda ostēdit digressionis suę vtilitatem cū dicit: i Audiuimus tm̄ qđ nosse quantū ad intellectū. k Quid cupere debeamus. q̄tū ad effectum. ⁊ introducit auctoritatē psalmi q̄tū ad affectus excitationē. cum dicit: l Et ⁊ nos quoq̄ possumus dicere: cōcupiuit anima mea desiderare iustificatiōes tuas in omni tempore. Multū enī excitat affect⁹ in sacre scripture meditatione. In tertia parte ne videatur quasi iactare se de sua sciētia: humiliter se accusat de sua ignorātia. eū dicit:

i Audiuimus tm̄ qđ nosse quantū ad intellectū. k Quid cupere debeamus. q̄tū ad effectum. ⁊ introducit auctoritatē psalmi q̄tū ad affectus excitationē. cum dicit: l Et ⁊ nos quoq̄ possumus dicere: cōcupiuit anima mea desiderare iustificatiōes tuas in omni tempore. Multū enī excitat affect⁹ in sacre scripture meditatione. In tertia parte ne videatur quasi iactare se de sua sciētia: humiliter se accusat de sua ignorātia. eū dicit: m Ceterum illud socraticum impletur in nobis. id est me nihil scire. Sed quomodo potuit hoc dicere Socrates uel Hieronymus. cum esset falsum. Solutio: nihil scit homo plene dum est in via. vnde cum dicitur: hoc tm̄ scio q̄ nescio. idem est ac si dicatur: scio q̄ nihil perfecte scio. n Tangam ⁊ nouū breuiter testamentum. Diuisio istius partis p se patet. o Matheus: Marc⁹: Lucas: ⁊ Johānes. isti quatuor. p Quadriga domini. quia per quatuor partes mundi portauerunt nomen domini. q Et verū cherub: quod interpretatur scientie plenitudo. hic cōmendantur de plenitudine scientie. Et nota q̄ cherub hic improprie accipitur singulariter cum sit tm̄ pluralis numeri: posset tamen dici cherubim per. m. quod inuenitur indeclinabile in numero singulari ⁊ forte scriptorum vitio aliter hic scribitur. r Per totum corpus oculati sunt: quia declarant preterita presentia ⁊ futura. s Scintille emicant. quia alios exemplis inflammant ⁊ illuminant. t Discurrunt fulgura. id est cōminationes quibus a malo reuocant. v Pedes habent rectos: ⁊ in sublime tendentes. Pedes sūt amor dei ⁊ proximi. Recti sunt per intentionem directam in deum: in sublime tendunt per desiderium eternorum. x Terga pennata ⁊ vbiq̄ volantia. per terga que sūt partes posteriores corporis designantur exempla: que post se posteris reliquerunt. uel per terga que onera sustentant intelliguntur laboriosa opera: que propter deum fecerunt. y Pennata virtutibus. z Et vbiq̄ volantia. absq̄ personarum differentia. a Tenent se mutuo sibiq̄ perplexi sunt. Quia idem senserunt ⁊ idem dixerunt. vnde vnus per alium exponitur. b Et quasi rota in rotam volūtur. Quia si requiris quid Matheus de incarnatione domini sentiat: hoc nimirum quod Marcus: Lucas: ⁊ Johannes. Si queras quid Johannes de incarnatiōe domini sentiat. ⁊ hoc nimirum quod Lucas Marcus ⁊ Matheus. Si queras quid Marcus: hoc qđ Matheꝰ: Lucas: ⁊ Johānes.

Prologus

Si queras quid lucas; hoc quod Matheus Marcus ⁊ Johãnes: ecce rota in rota: ecce revolutio gloriosa. a Et pergunt quocunq; eos flatus spiritus sancti perdurerit. Fere omnia ista sumpta sunt ve. j. ca. Eccl. b Paulus apostolus ad septem scribit ecclesias ⁊c. Horum opinio evellitur in glosa in principio epistolarum que dicit

Quorundam insania percutitur dicentium epistolam que ad hebreos scribit; nõ fuisse Pauli: sed Barnabe: vel Clementis: vel Tertulliani vel Luce quos in hunc errorem occasio duxit b⁹ medi. quia nec salutatio ei⁹ nomine intitulata prescribitur: ⁊ longe facundiore ⁊ splẽdidiore stilo q̃ cetere ẽ edita. quibus sufficienter respondetur hoc modo quia si ideo non est dicenda Pauli quia nomen eius in titulo nõ habetur: q̃ nec Barnabe: nec alicui⁹ predictorum: cum nulli⁹ eorũ nomine prætitulata sit. Nec ob id q̃ Pauli non esse putanda est: quia diligentius est scripta: cum naturale sit vnicuiq; plus valere in sua lingua q̃ in peregrina. illam enim hebraice: ceteras scripsit grece. Nomen ꝓo suũ ideo ꝓtermittebat: quia iudeis odiosus erat eum legis destructorem arbitrantibus. Quocirca de legis atq; cerimoniarum abolitione tractaturus recte nomen suum subticuit: ne prescripti nominis invidia vtilitatem sequentis excluderet lectionis. Est itaq; illa Pauli sicut ⁊ alie. Scripsit itaq; septem ecclesijs decem epistolas. scilicz ad Romanos vnam: ad Corinthios duas: ad Galathas vnam: ad Ephesios vnam: ad Philippenses duas: ad Colossenses vnam ad Philemonẽ vnam: ad Thessalonicenses duas. Et cum his scripsit epistolam ad Hebreos. c Timotheum instruit. Cui scribit duas epistolas. Iste Timotheus ordinat⁹ fuit a Paulo episcopus asianus. Unde in prima epistola eum instruit de officio episcopali: in secunda monet ipsum ad diligentem executionem officij ⁊ ad palmam martyrij. d Ac Titum. scz instruit quem ordinaverat Cretensem episcopum: ⁊ instruit eum ut imperiose suum exequatur officium. e Et philemonẽ pro fugitivo famulo ⁊c.] Iste Philemon colossensis erat vir laudabilis in plebe: cui familiares litteras scribit apostolus pro Onesimo servo suo qui cũ damno eius fugerat: sed ab apostolo audito evangelio baptizatus fuerat. f Sup quo melius tacere puto: q̃ pauca scribere. q. d. non sufficerem Pauli epistolas ad plenum cõmendare. g Actus apostolorum nudã quidem videntur sonare historiam ⁊c.] id est tractare de exordio. id est simplicitate incipientis ecclesie. h Sed si nouerimus scriptorem eorum Lucam esse medicũ: cui⁹ laus est i evangelio ⁊c] Littera plana est. Postea agit de catholicis ⁊ canonicis epistolis: que dicunt catholice scõm Isidorũ in vj. etymol. quia non vni tñi populo vel civitati sed vniversis gentib⁹ generaliter scripte sunt. scõm glosas dicunt catholice. id est vniversales a fide vniversalis ecclesie non discordantes. Dicuntur autẽ catholice a catha vel catholicon grece quod interpretat⁹ vniversale vel cõmune. Vel dicuntur canonice. id est regulares: a canon. id est regula. Et dicuntur sic ad differentiam earum quas fecerunt pseudo sub nominibus apostolorum. Vel dicuntur canonice. i. quasi rota in rotam voluũt.] ⁊ⁿ pergunt quocunq; eos flat⁹ spiritus sci perdurerit Paulus⁰ apostolus ad septẽ scribit ecclesias: octaua enim ad hebreos: ta pleriscq; extra numerum ponitur.] Timotheum[c] instruit ac[d] Titũ ⁊ Philemonem[e]: pro fugitivo famulo deprecatur:] sup[f] quo meli⁹ tacere puto: q̃ pauca scribere.] Actus[g] apostolorum nudam quidem videntur sonare historiam: ⁊ nascẽtis ecclesie infantiam texere:] sed[h] si nouerimus scriptorem eorũ Lucã esse medicum: cuius laus ẽ in euangelio: aiaduertimus pariter omnia verba illi⁹ anime languentis esse medicinam.] Jacob⁹ⁱ: Petrus: Johannes Judas septem epistolas edidervnt tam mysticas q̃ succinctas: ⁊ breues pariter ac longas: breues in verbis: lõgas in sententijs: ut rarus sit qui non in earũ cecutiat lectiõe.] Apocalypsis[k] Johannis tot habet sacramẽta quot verba. Parum dixi: ⁊ pro merito voluminis laus ois inferior est. In ꝟbis singulis: multiplices latent intelligentie.] Oro[l] te frater carissime inter hec viuẽ ista meditari: nihil aliud nosse nihilq; aliud querere:] nõne[m] videt tibi iam hic in terris regni celestis habitaculũ:] Nolo[n] ut offendaris in scripturis sanctis: simplicitate ⁊ qsi vilitate verborum: que vel vitio interpretũ vel de industria sic prolate sũt: ut rusticã contionem facilius instruerent: ⁊ in vna eademq; sententia aliter doct⁹: alit⁹ sentiret indoctus.] Non[o] sũ tã petulãs ⁊[p] hebes: ut[q] hõ me nosse pollicear:] ⁊[r] eorũ fruct⁹ capere i tra: q̃[s] radices i celo[t] fixe sũt: ſz velle[v] fateor: regulares. id est in fide ⁊ tolerantia passionũ plurimisq; virtutibus ecclesiam regentes. textus planus est. i Jacobus: Petrus: Johannes: Judas septem epistolas edidervnt tam mysticas q̃ succinctas ⁊c.] id est ignorantie cecitatem sentiat. Decutio. tis. quarte coniugationis verbum est. ⁊ significat cẽ vel fieri cecum: ⁊ ponit ꝓ insanire. sequit de apocalypsi: k Apocalypsis Johãnis tot habet sacramenta quot ꝟba ⁊c.] Apocalypsis grece revelatio latine: quia multa occulta ibi revelant. ⁊ componitur ab apo. quo ẽ re. ⁊ calypsis quod est velamentum quasi revelamẽtum vel revelatio. cetera plana sunt. l Oro te frater ⁊c.] vide divisionẽ precedentẽ. Oro te frat carissime inẽ hec viuere ⁊c. Vñ Eccle. j. Beat⁹ qui in istis versatur vonis qui ponit illa i corde suo sapiens erit semp. m Nõne videt tibi iã hic in ẽris ⁊c.] q. d. per scripturarũ meditationem manuduceris ad contemplandum celestem habitationem. Eccle. xliij. Beatus vir qui in sapientia morabit ⁊ in iusticia meditabitur ⁊ in sensu cogitabit circũscriptionẽ dei. n Nolo ut offendaris in scripturis sanctis: simplicitate ⁊ quasi vilitate verborum: que vel vitio interpretum vel de industria sic prolate sũt: ut rusticã contionẽ facili⁹ ⁊c.] Littera plana est. o Non sum tam petulans ⁊c. Hic humiliter se excusat q̃ quasi sciolus magistrum non affectet. cum dicit Non sum tam petulans ⁊c. Per hoc patet q̃ non est presumptuosus de scientia. Nota q̃ petulor. aris. dicitur luxuriari vel importune petere ⁊ proprie coitum. ⁊ inde dicit petulans luxuriosus ⁊ importune petens. Hic ponitur pro importunus. vel quasi petens laudem potest etymologizari. Vel quia petulca id est luxuriosa animalia irrationabiliter mouentur ad coitum. potest dici petulans: qui irrationabiliter mouetur ad aliquid agendum vel dicẽdum. vnde dicit: Non sum tam petulans. id est tam importunus vel brutus vel petẽs laudem. p Et hebes. id est tam ineptus vel intellectu carens ⁊ tam stultus vel obtusus q Ut hoc me nosse pollicear. Consequenter ostendit se non presumere de vite eminentia. cum dicit: r Et eorũ fructus capere in terra. Resume. non sum tam petulans ⁊ hebes ut pollicear me posse capere in terra. Fructus. id est virtutes. Eorum scilicz sanctorum virorum. Galath. v. Fructus spiritus est: caritas: gaudium: pax: patientia longanimitas: bonitas: benignitas: mansuetudo: fides modestia: continentia: castitas. s Quorũ radices. i. affectiones: t In celo fixe sunt. per intentionem. v Sed velle me fateor. habere noticiam scripturarum ⁊ imitari vitam sanctorum: ⁊ non tñi volo: imo etiam ad hoc laboro. Unde sequitur: Sed eniti me profiteor. Eniti. i. extra vel vltra alios niti: ꝓtra pigros qui reprehendunt

,puer.xxj. Desideria occidunt pigrum: noluerunt quicq̄ manus eius operari ꝛc̄. a Sedenti. id est ocioso. uel sedenti ad audiendum. b Me p̄fero. id est p̄e oculis illius fero paratus ad conferendum non ad magisterium vsurpādū. ⁊ hoc ē qō sequit; c Magistrū renuēs. i. refutās. d Comitem spondeo. id est p̄mitto. q. d. non quero magisteriū: sed exhibeo me tibi ut sociū. Ponit aūt Hieronym⁹ multa allicitiua ut possit monere Paulinū ad veniendū ad ipsū. primū est status equalitas. quod notat cum dicit Comitem spondeo. Secundum est proficiēdi facultas. quod notatur cum dicit e Petenti dat pulsanti ꝛc̄.] Matḥ. vij Luc̄ xj. Et. j. Iacobi scribit. Si quis vestrum indiget sapientia postulet a deo qui dat omnibus affluenter ꝛc̄. vnde p̄tenti a domino donum scientie datur: Pulsanti p meditationis exercitium aperitur intelligentia scripturarū. f Querens. humiliter. g Inuenit. affluenter. uel inuenit. in vsū venit eorum que humiliter querit. Tertium allicitiuū est sacre scripture dignitas. vnde dicit: h Discam⁹ in terris quorū scientia ꝛc̄]. Nec est contrarium illud quod dicit. j. Cor̄. xiij. Scientia destruetur. quia hoc erit sc̄m modum ⁊ imp̄fectionem: sed p̄manebit sm̄ substantiā. Sap̄. iij. Honorum laborum gloriosus est fructus. ⁊ que nō cōcidat radix sapientie. Cōtra illos qui amittunt tempus in vanis scientijs. scilz discentes ⁊ nunq̄ ad scientiā veritatis p̄uenientes. sicut scribitur. ij. Timoṫ. iiij. Item Eccl̄iastes. viij. Est hō qui die⁹ ⁊ noctib⁹ somnū oculis non capit: ⁊ intellexit q̄ omniū operum dei nullam possit homo inuenire rationem eorū que fiunt sub sole. Et quāto plus laborauerit ad querendū: tanto mi⁹ inueniet. Horū scientia non p̄manebit. vnde. j. Cor̄. j. Perdam sapientiā sapientium: ⁊ prudentiā prudentiū reprobabo. Quartum allicituiuū est recepturi hospitis vrbanitas. vnde sequitur i Obuius te ꝛc̄.]. Quintū est cooperandi voluntas: vnde subditur: k Et ut inepte aliquid ꝛc̄.] Ordina cōstructionē sic: Et ut ego effundam. i. dicā: aliquid inepte. id est non apte: ac ve tumiditate hermagore. q. d. ut eū quadā p̄sūptione loquar. l Conabor scire tecū. i. q̄si scies respōdere quicq̄d quesieris. Hermagoras quidā fuit rhetor: multū p̄sūptuos⁹ ⁊ multū replet̄ dit in p̄ncipio p̄me rhetorice: q⁹ turpiter errauit in assignādis partibus p̄trouersie generalis. Sextū allicitiuū ē amicabilis societas: quod tangit in principio octaui capituli. cum dicit:

Ales hic amātissimū ꝛc̄.] m Capm. viij. qui erat religiosus ⁊ multum diligebat Paulinū n Qui litterarum tuarū mihi gratiam duplicauit. i. litteras a te missas te commendando gratiores fecit. duplicauit inquā: Referens honestatem morū ꝛc̄] o Absq̄ illo. id est absq̄ illius cōmendatione. p Ipsa epistola p̄referebat. i. p̄tendebat ⁊ manifestabat. q Festina quaeso te ꝛc̄. Sicut dictū est supra. Ista totalis epla diuiditur in tres partes. s. in partem exordialē: narrationem ⁊ cōclusionē. Expeditis duab⁹ p̄mis p̄tibus: hic subditur tertia cōclusio: in q̄ hortat Paulinū ut festinet exire de seculo: ⁊ imitat ad duo. scilz ad vitanda more p̄ricula: ⁊ ad abijcienda mūdi retinacula. Primū notatur sub metaphora nauicule cui imminent pericula circūquaq̄. vnde dicit: Festina quaeso. scilz exire de seculo: in q̄ te multa circūdant p̄icula r Et herenti ꝛc̄. Funis cito p̄cidit: in soluendo mora cōtrahitur. vnde per hoc exemplū ei innuit q⁹ absq̄ mora hoc faciēdū sit. hoc salū dicit mare: ⁊ veriuatur a sale quia salsum ⁊ amarum est. vnde versus differentiales in opusculo de vocabulis biblie q̄s inuenies vbi exponitur mare. s Nemo renunciaturus. hic hortat ad abijcienda mūdi retinacula. Est aūt duplex retinaculū q̄ retardat seculo renūciaturum, scilicz amor pecunie: ⁊ timor penurie. Amor pecunie cōsideratur in tribus: in venditionis rerum retardante sollicitudine: in contentiosa repetitiōe: ⁊ in alienandi voluntate. Retardantē vendēdi sollicitudinem excludit. cum dicit: Nemo renunciaturus seculo ꝛc̄.] bene. id est honeste uel sine cupiditatis admixtione. Eccle. xxvij. Sicut in medio compaginis lapidum palus figitur: sic ⁊ inter medium emptionis ⁊ venditionis angustiabit̄ peccatis. nemo q̄ potest bene vendere ea: t Que contempsit. ut p̄o his processu temporis vendendis in seculo remanere nolit. si enim remaneret. cōcupiscentie signum esset. Ne autem Paulinus allegaret necessariam sibi esse sollicitudinem circa rerum venditionem. scilz p̄opter suam necessitatem: uel p̄opter aliorum vtilitatem, vtrūq⁹ excludit. Qz non p̄opter suam necessitatem oporteat eum hoc facere ostendit dicens: v Quicquid in sumptus ve tuo tuleris. p lucro computa. q. d. quicquid siue multum siue parū: de tuo tuleris in sumptus. id est p̄pter sumptus faciendos in via: computa p lucro. id est p̄o magna acquisitione: quia sic vitabis more p̄riculum si iter feceris indilatum. Qz p̄pter aliorum vtilitatem nō oporteat eum hoc facere: ostendit infra vbi dicit: Nisi tu semp recraſtinans ꝛc̄. quod exponitur in loco suo. Quere residuū diuisionis supra vbi currit in ordine suo: qua, p̄pter breuitate p̄trāsiens litterā p ordinē exponere p̄pono. x Antiquū dictū est ꝛc̄.] Tam ⁊ q̄ ponūtur hic p̄o et. q. d. nihil ei sufficit cum sp velle plus habere. Eccl̄iastes. v. Auarus nō implebit pecunia. ⁊ p̄uer. xj. Alij diuidūt p̄pria ⁊ ditiores fiunt: alij rapiunt nō sua ⁊ semp in egestate sunt. tales retinet timor penurie: sed nō esset eis timendū. quia: y Credenti diuinis consilijs de relinquēdis terrenis: z Totus mundus diuitiarū est. contēptuus. s. uel administratiu⁹. vnde Luc̄. xxij. Qñ misi vos sine sacculo ⁊ pera ⁊ calciamentis nūq̄d aliquid defuit vobis? at illi dixerunt nihil. Non est ergo metuēda penuria expensarū: quia vbiq⁹ habebūt necessaria qui relinquūt oia p̄pter xp̄m. a Infidelis ꝛc̄.] infidelis. s. qui nō credit dei p̄filijs. b Etiā obolo indiget. i. nūmis. Ecōtrario dr de credētib⁹. ij. Cor̄. vj. Sicut egentes: multos aūt locupletātes. ⁊ ibidē subdit hic: Sic viuamus quasi nil habentes ⁊ oia possidentes. sic p̄z q⁹ nō timēda est penuria expensarū. ⁊ sit r ostendit nō esse timenda penuria victualiū uel vestiū: q⁹ modica sufficiunt his qui modeste viuere volunt. vñ dicit hic: c Victus ateq̄ ꝛc̄.] i. xp̄m sequētiū: nō dicit cibus ⁊ vestimentum: que sonant ex abundantia: sed victus ⁊ vestitus que sonant ad sufficientiā. j. Timoṫ. vj. Habentes alimenta ⁊ quibus tegamur: his contenti sumus. Et melius Matḥ. vj. Nolite solliciti esse. dicentes: quid manducabimus? aut quid bibemus? aut quo operiemur? ⁊ sequitur:

prudētiam ⁊ eloquij venusta/
te:] etiā absq⁹ illo: ipsa p epi/
stola p̄referebat. Festina q̄so
te: ⁊ herenti in salo nauicule
funē magis p̄cide cp̄ solue.]
Nemo renunciaturus seculo
bene potest vendere:]que cō/
tempsit ut vēderet. Quicq̄d
in sumptus de tuo tuleris p̄o
lucro computa. Antiquū dic/
tum est: Auaro nest tā qō
habet: cp̄ quod non habet.]
Credenti totus mundus di/
uitiarum est. Infidelis autē
etiam obolo indiget.] Sic
viuamus quasi nil habentes:
⁊ oia possidentes. Vict⁹ atq̄
vestitus diuitie xp̄iano⁹ sūt.]

Prologus in pentateuchum

Querite primū regnū dei ⁊ iusticiam eius. ⁊ hec oīa adijcient vobis. Consequenter excludit alienandi voluntatem dicens: a Si habes in possessione ⁊c.] id est aliena a re ⁊ expropria te. b Si non ⁊c.] id est quasi vilem cōtemne. Nec ē contrarium quod hic dicitur huic qō supra dictū est nemo potest bñ vendere ⁊c. quia ibi prohibetur vēditio retardans ⁊ impediēs. hic ꝓo concedit venditio indilata ⁊ expediens: de qua dicit Matth. xix. Si vis perfectus esse vade ⁊ vende oīa que habes: ⁊ da pauperibus. ⁊ habebis thesaurum in celis: ⁊ veni sequere me. Contentiosam suorum repetitionē excludit. cū dicit: c Tollenti tunicam. ⁊ insuper: Et pallium relinquendum est. scz potius ꝙ cum contentione repetatur. Istud sumit de Matth. v. vbi dicit: Si quis vult tecum iudicio contendere ⁊ tunicam tuam tollere: dimitte ei ⁊ pallium. Quibus ⁊ qualiē liceat sua repetere nota per hos ꝓsus Expedit infirmis licet absq; dolo sine lite. Prelatis licet: hoc nō expedit anacdocte. Non licet ut res p eum sint res in lite petite. Isti versus videntur sumpti de glo. j. Cor. v. Anachorita dicit heremita: per quem viri perfecti designant. ⁊ dicit ab ana qō sursum: ⁊ chore quod est aula uel cor. ⁊ teneo tenes. quia scilicz velut tenere cor suum ad superna. uel ab ana qō est re: ⁊ chorus quasi remotus a choro. id ē a multitudine. Quia ꝓo ut supradictum ē: Paulinus potest dupliciter retardari circa venditionē rerum. scilicz propter suam necessitatem. aut propter aliorum utilitatem. Primū excludit Hieronymus supra dicens: Quicquid de tuo ⁊c. Secundum excludit hic. cū dicit: d Sedens nisi tu semper recreatinans. ⁊ diem de die tralxns caute ⁊ pedetentim tuas possessiunculas vendideris: non habet christus unde alat pauperes suos. quasi dicat: Credis tu ꝙ xps non habeat unde alat. id ē nutriat pauperes suos q̄ sūt eius prouisioni spāliē derelicti? sicut dicit in psalmo: Tibi derelictus est pauper: non habet inquā. Nisi tu sedens recreatinās. id est de crastino in crastinum protelans propositum tuū. Et diem de die trahens. id est de die in diem ꝓtraxns. Vendideris caute. id est discrete ne decipiaris in precio. Et pedetentim. id est paulatim uel ꝓgressiue ne decipiaris temporis interuallo. Possessiūculas tuas quasi dicat. stultum esset hoc credere. Caute per deriuationem descendit a cauco caues. Pedetentim a pede ⁊ tento tas. ⁊ tractum est a ceco: uel ab illo qui in tenebris ambulat: qui paulatim viam pertentans cauet sibi ne pedibus offendat. Me autem diceret Paulinus illud quod scribitur Eccle. vij. In multitudine munerum meorum respiciet deus. ostēdit ꝙ deus nō querit nostra. sed nos. vnde dicit: e Totum se deo dedit: qui se obtulit. Et propterea deus magis acceptat affectum ꝙ datum ⁊ hoc ostendit per apostolos viduam ⁊ cresum. f Apostoli tres naues ⁊ retia reliquerunt. Hoc dicit de Jacob ⁊ Johāne Matth. iiij. ⁊ Luce. v. g Vidua duo era misit. Luce. xxj. ⁊ Marci. xij. b Gazophylatium cōmuniter appellatur arcba uel locus vbi ponitur pecunia ad seruandum. In Ezechiele gazophylatia ponuntur pro exedris uel cameris. prout hic accipit gazophylatium dicitur arcba desuper foramē habens posita ad dextram ingredientibus circa altare in quam mittebatur pecunia offerentium ad fabricam templi reparanda: ⁊ ibi seruabat Et nota ꝙ gaza lingua persarum dicitur pecunia: diuitie uel thesaurus. Phylare verbum grecum idē est quod custos. vel a gaza ⁊ phylare quod ē seruare dicit gazophylatium: quasi gazam custodiens. viij. Johannis ponitur pro porticu in qua gazophylatium seruabatur. vnde dicitur ibi: Hec verba locutus est iesus in gazophylatio ⁊c. Cresus lydorum fuit ditissimus: per quem designantur diuites qui mittebant munera in gazophylatium: quibus hec vidua a domino est prelata. Quia ꝓo seculum relinquentibus frequenter occurrunt insultus tentationum: ideo contra insultationes quasdā dat salubre remedium dicens: i Facile contemnit omnia qui se semper cogitat esse moriturum. Sic patet expositio epistole ad Paulinum.

Explicit expositio cuiusdā clarissimi viri ex ordine minorū in epistolam beati Hieronymi ad Paulinum.

Incipit expositio eiusdem in prologum beati Hieronymi in pentateuchum.

k Desiderij mei Istam epistolam scripsit Hieronymus Desiderio episcopo familiari suo qui eum rogauerat ut pentateuchū Moysi de hebreo transferret in latinū. nondū enī translatus erat nisi de hebreo in grecum: ⁊ de greco in latinū. Et q̄ translationes ille multas habebant corruptiones. tum ꝓpter falsitatem exemplarū: tum ꝓpter imperitiam translatorum: Hiero' Desiderij precibus obtemperans de hebreo in latinum transtulit pentateuchū cui prepposuit illum prologum: nam ab eo in secundo libro contra Rufinū prologus appellatur. Epistolam autem ad Paulinum que licz in modernis bibliis prescribatur: nec pentateucho prepposuit: nec inter prefationes veteris testamenti quarū omni ex parte exempla scribit: sed in secūdo libro contra Rufinū nominat epistola ad Paulinū. Et nota ꝙ prologus proemiū: prefatio: ⁊ argumentū idē significant licz prelocutionem in sequēs opus introductiuam. Est etiam tres prologus in libris: qui scz introductorius est in ipsum: ut est ille ante Apocalypsim. scz. Omnes q̄ pie volunt viuere ⁊c. ⁊ talis prologus non est de libro. Item est prologus in libro qui est pars libri: ut est principium apocalypsis. scz. Apocalypsis ihu xpi: quā dedit illi deus. Et dicit prologus a protos quod ē primū: ⁊ logos sermo quasi primus sermo. scilicz prefatio uel prelocutio. Vel dicitur prologus quasi prelogus quasi sermo precedens. Proemiū dicitur a protos quod est primū: ⁊ emon uel emū quod est sermo uel prima modulatio. Or autē dicit proemiū quasi pro emulis factum uel quasi proiniū: q̄ prima via uel precedens est ad librū. etymologia est. Prefatio. id est prelocutio a prefor prefaris dicit. Argumentum dicitur quasi argute. id est callide inuentum. Unde apis argumētosa. id est callida dicitur. Uersus: Est brevis argutus: est callidus atq; sonorus. Argumentū habet alias significatiōes de quib' nihil ad presens. k Desiderij mei desideratas accepi epistas. Prologus iste in ānq; partes diuiditur principales. in quarum prima ostendit principale motiuū ad transferendum pentateuchum. scilz Desiderij obsecrationem. cum dicit: Desiderij mei desideratas ⁊c. vsq; Obsecrantis. In secunda duplex assignat retractiuum. Primū operis grauitatem. cum dicit: Periculosum opus ⁊c. Secundum detractorum malignitatem. ibi: Et obtrectatorum meorum latratib' ⁊c. In tertia secundarium ponit sue translationis motiuum. scilicz Origenis studium uel imitationem. ibi: Quod ut auderem Origenis me studium ⁊c. In quarta parte se excusat ꝙ non intendit damnare veteres per suam translationem. ibi: Quid igitur damnamus veteres? Minime ⁊c. In quinta petit Desiderij orationum subuentionem. ibi: Hunc te deprecor Desideri carissime: ut quia me tātū ⁊c Subdiuisiones patebunt in littere prosecutione. In prima parte ostendit affectum suū ad primā obsecrationem:

Si habes[a] in ptāterem tuam vende:] si non[b] habes, pfice.] Tollenti tunicam[c]: ⁊ pallium relinquendum est: Sedens[d] nisi tu semp recreatinās ⁊ die de die trahēs caute ⁊ pedetentim tuas possessiunculas vēdideris: nō habet xps unde alat pauperes suos?] Totum[e] deo dedit: q̄ se obtulit. Apostoli[f] tres naues ⁊ retia reliquerūt:] vidua[g] duo erat misit in gaço-phylatium[b]: ⁊ prefertur Cresi diuitijs.] Facile[i] contēnit oīa q̄ se sp cogitat esse moriturū.

Explicit epla sci Hieronymi pbyteri ad Paulinū pbyterū. Incipit prefatio sci Hieronymi presbyteri in pentateuchū.

Desiderij[k] mei desideratas accepi epistolas:

quã ꝛescribit tripliciter. Primo ex nomine cum ꝓnoie affectũ ꝛesignante. Secũdo ex noīs prefiguratione. Tertio ex cõmunis vtilitatis amore. primũ notaf cum dicif: Desiderij mei. i. mei uel mihi dilecti uel mei amici. Desiderata accepi litteras. Secundũ notaf cum dr: a Qui quodam ꝛc.] q. d. mysticũ est q cum Daniele cõmunicat i nomine. Daniel. ix Daniel ab angelo vocaf vir ꝛesideriorũ: sicut iste Desiderius appellatus. quod vocabulum fuit presagiũ. i. diuinatio siue pscia uel prenunciatio futurorũ: ut p hoc q vocaf est Desiderius sigꝛetur ꝛesiderabilis futurus uel ꝛesiderabilis postulatur. Tertiũ notatur cũ dicif: b Vt translatũ ꝛc.] Pentateuchus supza exponif in epistola ad Paulinũ vij. ca. In secũda pte notanf duo retrahentia a translatione facienda. Primũ ē oꝛtis grauitas. quod notaf cum dicif: c Periculosũ opus certe. scilicz quia difficile est q arduũ. vnde posset ibi homo ꝛeficere uel errare. q ideo dicit: periculosum. Secundum retrahens est ꝛetractorum malignitas. qõ notaf cum dicif: d Et obtrectatorũ ꝛc.] Canibus comparat ꝛetractores. cum dicit latratibus: qui contra quemlibet ignotum ꝑtumcuꝛq; tonũ oblatrant q ꝛentib9 lacerãt. Similiter ꝛetractores irrationabiliꝫ tene dicta ꝛepzauãt q ꝛetrahendo lacerant que ignozãt. Et notatur hic triplex eorum malignitas. quia aut bñ dictis oblatrant sicut iam dictũ est: aut auctoꝛis puersam intentionem affirmant quod notaf cum dicif: e Qui me asserunt ꝛc.] Suggillatio ponitur hic ꝓ condemnatione. Et dicif a suggillo las. quod est condẽnare: strãgulare: suggerere: sub gula capere. Cudere. i. facere. Cudo. is. cudere dicif fabricare: ferire: polire: q sculpere. Tertio notaf eorum malignitas q ueteres modernis magis ingenioſos estimant q pꝛeponendos iudicant. vñ q ueteres tꝛãslatiões plusq̃ modernas approbant. qõ nõf cum dicif: f Ita ingeniũ ꝛc.] Sicut enim vetus vinum melius est nouo: sic dicunt iḡ ueteres subtiliozibus ingenijs flozuisse ꝙ modernos. q veteres translationes modernis esse meliozes. Cũ tamẽ dicat Prisicianus in principio maioris voluminis: Cui9 auctozes quãto iuniozes sunt: tanto pspicatiozes q ingenijs flozuisse q valuisse diligentia omni iudicio confirmantur eruditissimozũ. Vel probantes ingenium modernozum plenũ spuma superbie: sicut nouũ vinum spumat q ejcit quod habet imundicie. q. d. dicunt me q alios modernos superbos esse: q quicquid facimus ex presumptione procedere: q dicũt id esse presumptuosũ q loquacitate plenũ sicut nouũ vinũ inflatur q magnũ facit tumultum. ꝓtra quos ostendit humilitatem suam q intentiõis puritatem dicens: g Cum ego sepissime testatus sim me ꝓ virili portione in tabernaculo dei ꝛc.] In tabernaculo. id est in ecclesia. Pro virili portione. id est ꝙuis mea reputatione fit exiguũ: tamẽ in sacra scriptura ad vtilitatem ecclesie offero quod possum. Vel ꝑm aliam litterã: pro virili portione. i. pro debita parte. Scõm leges virilis portio dicif quando hereditas filijs equaliter diuiditur. q. d. virilem portionem hereditatis expecto pro qua sicut possum in vinea patrisfamilias laborare volo. Unde Ouidi9 de ponto

qui quodam[a] ꝑsagio futuroꝝ cum Daniele sortitus est nomen:] obsecrantis ut[b] translatum in latinam linguã de hebreo sermone pentateuchum nostrozum auribus traderẽ.] Periculosum[c] op9 certe q ob/trectatozum meoꝝ latratibus patens:] qui[d] me asserunt in septuaginta interpꝛetũ suggillationẽ noua pro veterib9 cudere:] q ita ingeniũ quasi vinũ pzobantes] cum[e] ego sepissime testat9 sim me ꝓ virili portione ī tabernaculo dei offerre que possim] nec[b] opes alterius alioꝝ pauꝑtate fedari]

Quod[f] auderẽ Origenis me studiũ ꝓuocauit: qui editionẽ[m] antiq̃ tꝛãslationẽ Theodotionis miscuit asterico q obelo. i. stella q veru omne op9 distinguẽs dũ aut illucescere facit q minus ante fuerant: aut superflua queq; iugulat q cõfodit: q maxime que euãgelistarũ q apostolozũ auctozitas ꝓmulgauit.] In quib9 multa[m] de veteri testamento legimus que in nꝛis codicib9 non habent:] ut[n] est illud: ex egypto vocaui filium meum:] q[o] quoniã nazareus vocabitur:] q[p] videbunt in quem compunxerũt:]

mutua collocutione: qz ipsis. s. emoz ⁊ sichem ꝓtentib⁹ veraciter vinam ꝓ matrimonio: responderūt filij iacob voluisse qz consentirēt matrimonio si omnes masculi ciuitatis circūcideremt: cogitātes tūc inuadere ciuitatē qñ viri non possent se defendere: ⁊ consenserunt in hoc emoz ⁊ sichem filius eius: cōsidētes de veritate verboz filioz iacob: ⁊ sic induxerūt populū ciuitatis ad circūcisionē. ⁊ ps lrā vsqz ibi: a Et substātia eoz ⁊ pecora ⁊ cūcta q̄ possidēt ⁊c.] ⁊stud nō erat in pacto: ꝙ ꝑ dixerunt ut facilius inclinarēt populū ad circūcisionē. Vel aliē pōt sic intelligi: Nostra erunt. qz sic cōmunicabimus cū eis in mīmonijs cōiungēdis. ita ⁊ i bona. bona enī amicoz̄ nostroz vicinoz̄ nostra ꝑm plm lib⁹. et hicoz. Hebrei aūt aliē exponunt cōmuniē ⁊stā partē dicentes qz filij iacob nullā dolositatē fecerūt: ⁊ qō ꝙ. dictū ē: Respōderūt in dolo. dicunt: caute vel prudenē. qz dictio hebraica q̄ ibi ponit est equoca: ⁊ accipit aliqñ pro dolo ⁊ aliqñ pro cautela bona. volebāt enī populū ciuitatis īducere ad ritum circūcisionis: non cogitantes tunc eos interficere ꝙ societatē cum eis inire: sed emoz ⁊ sichem dolum fecerant: quia prediderunt populo ciuitatis qz oīa bona iacob ⁊ filioz̄ eius essent ipsoz simplicitē: ⁊ sic exponunt: Cūcta q̄ possidēt nra erunt. nō ꝓ amicitie cōmunicationē ꝙ ꝓ eoz̄ subiectionē in seruitutē: ⁊ ꝓ ꝙ volebāt eos facere seruilis cōditionis: qō intelligētes filij iacob moti sūt ad tractandū de infectione eoz: qz non seruanti fidem nō est fides obseruāda. Sed ꝫ hoc videt qz iacob. ꝫ. xlix. ca. increpat symeō ⁊ leui vocās eos vasa iniquitatis bellātia: qō cōmuniē exponit a doctoribꝰ nostris de interfectione sichimoz. ⁊ sic notanē in hoc facto de dolositate ꝓpē quā increpanē a patre. Dicendū qz aliq̄ hebrei contradicētes cōmuniē dicte expositioni ⁊stius passus exponunt illud de dolo eorum cōtra ioseph: ut videbit qñ erim⁹ i illo loco. Alij aūt hebrei exponūt illud parti de ioseph ⁊ partim de sichimitis. ꝙ dicūt qz pac nō increpat eos de dolositate erga sichimitas: ꝙ de nimia crudelitate, vnde dixit. ꝫ. xlix. Maledict⁹ furor eoz ⁊c. ꝙ illa expositio nō videt ꝑsonare fini hui⁹ ca. vbi cū iacob increparet filios de infectiē sichimitaz nō excusauerūt se ꝓ ꝙ emoz ⁊ sichē mutassent pactū ⁊ vellēt eos redigē i suitutē: ꝙ solū ꝓ violētiā factā sue sozori: ⁊ tm nō ē ꝓsimile qz ipsi tacuissent si fuisset ⁊z. b Et ecce. hic cōsequenē describit scelus de infectione circūcisoz: ⁊ eñ receperāt circūcisionē nec fecerāt fraudē. ut ꝙ. dictū est. ꝑm expositionē doctoz catholicoz pessime fecerūt infitiādo illos. ꝑm aūt hebreos nō fecerūt malum: qz excusāt eos mō supradicto. Quantū tm ad factum occisionis lrā vniformiē exponit ꝑm vtrāqz opinionē cū dr Et ecce die tertio. circūcisi eñ grauiꝰ affligunt ex circūcisiē tertia die qz ꝓma die. ⁊ iō vsqz ad illā diē distulerūt eos inuadere. c Arreptꝫ duo ⁊c.] Licz enī ipsa haberet alios frēs non solū ex parte ꝑis ꝙ etiā mris tm ⁊sti vocant ꝫ frēs dine: qz magis oñderunt se dolē de eiꝰ violatiē qz alij. nec ē intelligendū qz fuerūt soli i occisione sichimitaz imo cū eis fuerūt famuli ⁊ alij frēs eoz̄ eis assistētes: sic ps. ꝫ. d Quib⁹ egressis. s. de domo sichem. e Irruerūt sup occisos ⁊c.] ad accipiēdā ꝑdam. ⁊ ps lrā. f Quib⁹ ꝓpetratis. hic describit metꝰ ex congregatiōe vicinoz̄. timebat ei iacob ne populi circūstantes qui erāt amici sichimitaz cōgregarentur ⁊ ipsū cum filijs ⁊ familia ꝓsequerentur ⁊ delerēt ꝙ perterriti a hoc nō fecerunt: ut habetur ca. se. ⁊ patet littera. g Sciendū tm qz hoc. s. Quibus perpetratis audacter. non est in hebreo: sed est additum a translatore: sed incipit versus: Et dixit iacob.

accipite ⁊ habitate nobiscum. Terra in potestate vestra est: exercete: negociamini ⁊ possidete eā. Sed ⁊ sichem ad patrē ⁊ ad fratres eius ait: Inueniā gratiam coram vobis ⁊ quecūqz statueritis dabo. Augete dotē ⁊ munera postulate: ⁊ libenter tribuā quod petieritis: tm date mihi puellam hanc vxorem. Responderunt filij iacob: sichē ⁊ patri eius in dolo: seuientes ob stuprum sozoris: Non possumus facere quod petitis: nec dare sozorem nostram homini incircūciso: quod illicitū ⁊ nepharium est apud nos. Sed in hoc valebimus federari: Si volueritis esse similes nostri ⁊ circūcidat in vobis omnis masculini sexus: tunc dabimus ⁊ accipiem⁹ mutuo filias vestras ac nostras ⁊ habitabimus vobiscum: erimusqz vnus populus. Si autem circūcidi nolueritis: tollemus filiam nostrā ⁊ recedemus. Placuit oblatio eorum emoz ⁊ sichem filio eius: nec distulit adolescēs quin statim quod petebatur expleret. Amabat enim puellam valde: ⁊ erat inclytus in omni domo patris sui. Ingressiqz portam vrbis locuti sunt ad populum. Viri isti pacifici sunt: ⁊ volunt habitare nobiscū. Negocientur in terra ⁊ exerceant eam: q̄ spaciosa ⁊ lata cultoribus indiget. Filias eorum accipiemus vxores: ⁊ nostras illis dabim⁹

Vnū est quo differt tantū bonum. Si circūcidamus masculos nostros ritū gentis imitātes. ⁊ substantia eorum ⁊ pecora ⁊ cuncta que possident nostra erunt.] Tm in hoc acquiescamus ⁊ habitantes simul: vnū efficiamus populū. Assensiqz sunt: omnes circūcisi sunt cunctis maribus. Et ecce die tertio quando grauissimus vulnerū dolor est: arreptis duo filij iacob: symeon ⁊ leui fratres dine gladijs ingressi sunt vrbē confidenter: interfectisqz omnibus masculis: emoz ⁊ sichem pariter necauerunt: tollentes dinam de domo sichem sozorē suam. Quibus egressis inruerunt super occisos ceteri filij iacob:] ⁊ depopulati sunt vrbem in vltionem stupri: oues eoz̄ ⁊ armenta ⁊ asinos: cunctaqz vastantes que in domibus ⁊ in agris erant: paruulos quoqz eorum ⁊ vxores duxerunt captiuas. Quibus ꝓpetratis audacter iacob dixit ad symeon ⁊ leui: Turbastis me ⁊ odiosum fecistis me chananeis ⁊ pherezeis habitatoribus terre hui⁹ Nos pauci sumus: illi cōgregati percutient me: ⁊ delebor ego ⁊ domus mea. Responderunt: Numqd ut scorto abuti debuere sozore nostra? xxxv

Interea locut⁹ ē de⁹ ad iacob: Surge⁹ ⁊ ascēde bethel ⁊ habita ibi. Facqz⁹ altare dño qui apparuit tibi qñ

Lap. xxxv.

Interea locut⁹ ē dñs ad iacob. Postqz moyses descripsit statū iacob ut incipientis ⁊ ꝓficientis: hic ꝓñt describit statū ipsi⁹ ut ꝑfecti. ⁊ ꝓmo describit statū ꝑfectionis ei⁹ i terra chanaan remanēdo. 2°. ab esau in egyptū trāseūdo. xxxvij. ca. Adhuc ꝓmo statꝰ ei⁹ ꝑfectionis describit. 2°. ab esau discernit xxxvj. ca. Circa ꝓmū sic ꝓcedit: qz eius ꝑfectio ꝓmo ostēdit ex eminentia cōtēplationis. 2°. ex patiētia in aduersis. ibi: Egressus aūt inde. 3°. ex reuerētia in obsequio patris. ibi: Venit etiā. Primū describit ex trib⁹. ꝓmo ex dīna allocutiōe. cū dr: Interea locut⁹ ē dñs ad iacob. ad cōsolandū eū ꝓ timoze populoz̄ circūstantiū: sicut dictū est in fine ca. precedētis. b Surge ⁊ ascēde bethel. i. ad montē moria q̄ locus vocatus est bethel ab ipso iacob. ut ꝙ. dictū est. xxvij. c. i Facq ibi altare dño. i. reddas sibi gratias

ꝛc hoc q̄ te conseruauit in tua pegrinatione: ⁊ multiplicauit te in bonis spiritualibus ⁊ temporalibus. secundo ostenditur ei⁹ pfectio in sue familie purgatione. cum dicit: a Jacob autē ⁊c. ⌋ Hoc autē dixit: quia rachel uxor sua secum apportauerat idola patris sui: ut supra dictū est ca. xxxj. Alij etiā qui erant in societate sua: q̄ cōuersati fuerāt inē idolatras plura secū habebāt ad idolatriā ptinētia: ⁊ q̄ in preda sibē idola acceperāt: iō iacob ad statū pfectiōis ascēdēs oia talia uoluit abiicē ut ꝛo pur⁹ ⁊ mundus posset gratias agere ꝛc pteritis. ⁊ beneficia impetrare ꝛc futuris. b Ac mutate uestimēta uestra. p mutationem uestis exteriozis intelligit mutatio uite interiozis ad statū uite meliozis. sequit: c Dederunt q̄ ⁊c. ⌋ ut essent mundi ab idolatria. d Et inaures. i. ornamēta idolozum e Ac ille infodit ea. tanq̄ res detestabiles ⁊ iō noluit fundē illa ⁊ aurū ⁊ argentū ꝛc idolis i usus suos cōuertere. Tertio ostendit ei⁹ pfectio ex nouis mutatione. cui tū ꝓponit ei⁹ oro. cum dr. f Venit igit iacob luçā. eadē est ciuitas que ē. uocata est bethel: ut pdictū ē ca. xxviij. g Edificauitq̄ ibi altare. ad īmolādū deo sacrificiū. h Et appellauit ⁊c. ⌋ iā enī appellauerat sic locū istū ca. xxviij. q̄ bethel i hebreo idē ē q̄d dom⁹ dei in latino. sed hic nomē pdictū cōfirmauit. secundo inēponit uelloze sepelitio. cū dicit: i Eodē tpe mortua ē uelloza ⁊c. Sed queritur hic quō ista uelloza erat cū iacob: q̄ remāserat cū matre ipsi⁹ ipso pgēte in mesopotamiā syrie. Ad q̄ dicēdū q̄ mater sua sibi ꝓficiscēti dixerat q̄ mitteret nūcios ad reducendū eū ꝛc mesopotamia: ut ē. habet in fi. xxvij. ca. ⁊ ipsa sic fecit. lz nō sit scriptū: q̄ nō omnia scribunt: ⁊ cū illis nūcijs misit uelloza nutricē suam: q̄ erat de terra syrie oriunda. ⁊ unde cū iacob reuertebat: ⁊ sic in eius societate mortua ē ⁊ sepulta: ut hic describit cū dicit: k Et sepulta ē ad radices bethel. i. ad pdē montis moria. Cōsequenē describit nominis mutatio in diuina apparitione. cū dr: Apparuit autē iterū deus iacob. ⁊ sequit: l Nō uocaberis ultra iacob. q̄d interꝓtat luctator: q̄d cōuenit ꝓficiēti in vita actiua. m Sz israel erit nomē tuū. q̄d interꝓtat ꝓnceps cū deo: uel directus ad deū q̄d cōpetit pfectioni uite cōtemplatiue. Sed pōt q̄ri quō dicit hic: Nō uocaberis ultra iacob. cū postea in eodē ca. uocat⁹ sit pluries iacob. Ad q̄d dicendū q̄ intelligendū ē q̄ non uocabit ultra iacob tāq̄ nomine ꝓncipali. nō tū excludit q̄n sic uocet tāq̄ secūdario. cui⁹ rō est: q̄ sicut dictū ē illa mutatio nominis facta est ad designādū trāsitū ipsius iacob de uita actiua ad cōtemplatiuā: que. s. actiua est imperfectior prout p̄cedit ⁊ disponit ad contemplatiuā ꝛm q̄ dicit Greg⁹ in moral. Qui contemplationis arcem tenere desiderant. necesse est ut prius in campo actionis se probent scilicet pugnando contra passiones rationem perturbantes: ⁊ sic transit domo ad vitā contēplatiuā q̄ perfectior est tali actione: sicut finis respectu eius q̄d ē ad finē. homo autē q̄n ex actiua vita trāsit ꝓdicto mō ad ꝓtēplatiuā. nō debet simplicit ipsā vitā actiuā: ⁊ necessariū est ipsū q̄ actiuā vitā exerceri: ne q̄ cessationes ab actiua iterū insurgāt passiones rōnem pturbātes. ⁊ ad ꝰ designādū postq̄ uocat⁹ est israel: nō ulterius nō⁹ cū ꝰ uocat⁹ ē aliq̄n iacob. n Cresce ⁊ multiplicare. p filios tuos iā natos: ⁊ etiā pro teniami q̄ nōdū erat nat⁹ ⁊ p manassē ⁊ ephraī q̄ sibi nōdū erant nati: lz enī fuerint filij ioseph: iacob tū adoptauit eos in filios ut habet. j. xlviij ca. ⁊ facti sūt capita tribuū: sic ⁊ alij filij iacob. Cetera patēt ex dictis superius usq̄ ibi: o Et recessit ab eo. nō q̄ eū dimiserit: sed q̄ disparuit. p Ille ꝙo erexit titulum lapideū. in memoriā diuine apparitionis ibidem sibi facte. q Libans sup eum libamina. i. oblatiōes de liq̄dis sicut de uino oleo ⁊ ꝓsimilib⁹. r Egressus autem inde. Hic consequenter describitur pfectio ipsi⁹ iacob i tolerātia aduersorum. ⁊ primo de morte rachelis uxoris sue predilecte. cum dicitur: s Venit uero tempore ad terram que ducit ephratā. ipsa est ciuitas bethleem: ut infra dicit t In qua cū parturiret rachel. i. in dolore pariēdi esset posita. parturire enim idē ē q̄d sentire dolorē part⁹. v Periclitari cepit. p nimia anxietate. x Dixitq̄ obstetrix. ad aliquā ei⁹ ꝓsolationē. y Noli timē ⁊c. ⌋ q̄n enī puer uiuus nascit. min⁹ piculū imminet matri: nō tū ꝓpē ꝰ ista euasit. Vocauit nomen filij sui benoni. cui⁹ cā subdit: z Id est fili⁹ doloris mei. tū nō ē de textu in hebreo ꝰ additū est a trāslatore ad exprimēdū cām dicte noiatiōis p interpretationē nominis. Pater uero appellauit eū beniamin. q̄d aūt ꝰ dit a Id est fili⁹ de textu. similit nō ē de textu i hebreo: ꝰ appositū ē ad ostēdēdū ꝓstātiā ipsi⁹ iacob in tanta anxietate positi. p interꝓtationē nois ab eo ipositi. p dexterā enī fortitudo ⁊ pstātia designant. b Mortua ē ⁊c. ⌋ Nō enim adhuc quenerāt i ciuitatē: ⁊ q̄ antiq̄⁹ sepulchra extra ciuitates erāt. c Que ducit ephratam. h ē bethleem. illa enī ciuitas uocata est ephrata ab uxore caleb sic noiata: ut dr. j. Paral. ij. ca. Et ista fuit maria sozor moysi: ut dicunt hebrei. ꝰ ē falsū: ut ondek. j. Paral. dño cōcedēte: ꝰ postea uocata est bethleem. i. domus panis a fertilitate que fuit ibi post famem que ibi acciderat tempore elimelech: ut habetur in libro Ruth d Erexitq̄ iacob titulum. i. me-

fugiebas esau fratrem tuum. Jacob⁸ uero conuocata omni domo sua ait: Abiicite deos alienos ⌋ qui in medio uestri sūt ⁊ mundamini: ac⁹ mutate uestimēta uestra. Surgite ⁊ ascendamus in bethel: ut faciamus ibi altare dño qui exaudiuit me in die tribulationis mee: ⁊ socius fuit itineris mei. Dederūt[e] ergo ei omnes deos alienos q̄s habebāt ⌋ ⁊ inaures[o] que erant in auribus eorum. At ille[e] infodit eas subter terebinthū: que est post urbem sichem. Cumq̄ profecti essent: terror dei inuasit omnes per circuitum ciuitates: ⁊ non sunt ausi persequi recedētes. Venit igitur iacob luçam: que est in terra chanaan cognomento bethel: ipse ⁊ oīs populus cum eo: edificauitq̄[g] ibi altare: ⁊ appellauit[h] nomen loci illius domus dei. ⌋ Ibi enī apparuit ei deus cū fugeret fratrē suū. Eodem[i] tempore mortua ē delbora nutrix rebecce: ⁊ sepulta [k]est ad radices bethel subter quercum: uocatumq̄ ē nomē loci illius quercus fletus Apparuit autem iterum deus iacob postq̄ reuersus ē de mesopotamia syrie: ⁊ uenit in bethel: benedixitq̄ ei dicēs. Nō[l] uocaberis ultra iacob: sz[m] israel erit nomē tuū. Et appellauit eū israel. Dixitq̄ ei: Ego deus omnipotens. Cresce[n] ⁊ multiplicare: gentes ⁊ populi nationum ex te erunt. Reges de lumbis tuis egredientur: terramq̄ quā dedi abraham ⁊ isaac: dabo tibi ⁊ semini tuo post te. Et recessit[o] ab eo. Ille[p] uero erexit titulum lapideum ⌋ in loco quo locutus fuerat ei deus: libans[q] super eum libamina: ⁊ effundens oleum: uocansq̄ nomē loci illi⁹ bethel. Egressus[r] autē inde uenit[s] uerno tempore ad terram q̄ ducit ephratā: ⌋ in qua[t] cū parturiret rachel ob difficultatem part⁹ periclitari[v] cepit. Dixitq̄[x] ei obstetrix: Noli[y] timere: quia ⁊ hunc habebis filiū. ⌋ Egrediente autem anima pre dolore: ⁊ imminente iam morte uocauit nomen filij sui benoni. i. filius[z] doloris mei. Pater uero appellauit eum beniamin. i. filius dextre[a]. Mortua[b] ē ergo rachel ⁊ sepulta est in uia ⌋ que[c] ducit ephratam: hec est bethleem. Erexitq̄[d] iacob titulum super

moziale in futurum. a Super sepulchrum eius. Ex quo patet q ab antiquo fuerūt sancti patres diligentes ꝛe sepultura notabili: ut sic mortui in memoria hominum remanerent ad orandū pro ipsis: ⁊ ad ostendendū q baptizāt fidē resurrectionis. b Egressus inde. Hic secūdo ostendit ei⁹ tolerantia ex casu pmogeniti filij sui. vbi p̄ mittit⁹ locus cū dicitur: Transturrem gregis. Dicunt hebrei q hic est locus vbi postea templum fundatum est: p firmātes h̄ auctoritate Michee .iiij. Et tu turris greg̃ nebulosa filia syon ꝛc. ⁊ vocat⁹ est turris gregis q templū ad modum turris factū est. ⁊ ibi adducebantur greges ad īmolandum. Hieronymus autē dicit q melius dicit⁹ sit locus propt̄ bethleem: vbi angel⁹ nato xp̄o apparuit pastoribus vigilantibus super gregē suū ⁊ modo vocatur angelus ad pastores: vbi fundata est ecclesia: ⁊ dicit q in veteri testamento quodam vaticinio futurorū vocatus sit locus ille turris gregis. secundo subditur ipsius ruben casus cum subditur: c Abijt ruben ⁊ dormiuit cum bala concubina patris sui. quod exponunt doctores catholici de concubitu carnali. d Quod illum minime latuit. ⁊ quia illud factū fuit valde enorme. fuit ipsi iacob materia magne patientie. doctores autem hebrei dicunt q ruben non cognouit balam carnaliter: sed dicunt q mortua rachele iacob transtulit lectum bale de tabernaculo rachelis in quo iacebat: sicut ei⁹ ancilla in tabernaculo lye matris ruben: ⁊ sibi displicuit q iaceret in eadem camera cum matre sua. ⁊ abstulit inde tris: ideo moyses ita scripsit ac si fecisset ei contemptum de concubitu. e Erant autem filij iacob. occasione enim ipsius ruben hic nominantur alij filij iacob: ⁊ patet littera vsq ibi: f Qui nati sunt ei in mesopotamia syrie. istud videtur falsum: quia ibi nominatur beniamin q̄ non fuerat ibi natus: ut patet ex predictis. Dicendum q licz non fuerit ibi natus: tamen principium natiuitatis sue inde fuit: quia mater eius inde fuit oriunda ⁊ patri eius in matrimonio iuncta. Est etiam predicta littera vera per synecdochen: quia filij iacob ꝯtū ad maiorem partem fuerunt ibi nati: immo omnes vno excepto. g Venit etiam ad isaac. Hic consequenter ostenditur perfectio iacob ex debita reuerentia ad patrem. cum dicitur: Venit ad isaac. ut ei iam seni debitam reuerentiam ⁊ obsequium exhiberet. nō fit aūt hic mētio de rebecca matre sua que eū tenerrime diligebat: ut predictum est. xxvij. ca. Ex quo datur intelligi q ipsa iam erat defūcta. h In mambre. nomen est regionis in qua erat ciuitas arbee: que alio nomine vocata est ebron. ut supra expositum est. xxiij. capitulo. i Consumptusq etate mortuus est. scilicet morte naturali. k Et appositus est populo suo ꝛc. i. ad lymbum sanctor̄ patrum. l Et sepelierunt eum esau ⁊ iacob. licz ibi fuerint alij multi propter honorem sepulture: tamen isti duo exprimuntur tanq̄ principales ꝛc.

sepulchrū⁹ eius. Hic est titulus monumenti rachel vsq in presentem diem. Egressus⁹ inde fixit tabernaculum transturrem gregis. Cumq habitaret in illa regione: abijt ruben[c] ⁊ dormiuit cum bala concubina patris sui. Quod[d] illum minime latuit. Erant[e] autem filij iacob duodecim. Filij lye primogenitus ruben: ⁊ symeon: ⁊ leui: iudas: ⁊ isachar: ⁊ zabulon. Filij rachel: ioseph: ⁊ beniamin. Filij bale ancille rachelis: dan ⁊ neptalim. Filij zelphe ancille lye: gad ⁊ aser. Hi sunt filij iacob: qui[f] nati sūt ei in mesopotamia syrie. Venit[g] etiam ad isaac patrē suū in mambre[h] ciuitatem arbee: hec est ebron: in qua peregrinatus est abraham ⁊ isaac. Et completi sūt dies isaac centū octoginta annorum: cōsumptusq[i] etate mortu⁹ est: ⁊[k] appositus ē populo suo senex ⁊ plenus dierum: ⁊ sepelierunt[l] eum esau ⁊ iacob filij sui.

Cap. xxxvi.

Hec[m] autem sunt generationes esau: ipse est edom. Esau[n] accepit vxores de filiabus chanaan: ada filiam elom ethei: ⁊ oolibama[o] filiam[p] ane filij sebeon euei. Basemath[p] quoq filiam ismael sororem nabaioth. Peperit[r] autem ada eliphaz. Basemath genuit rabuel. Oolibama[s] genuit iebus: ⁊[t] ihelon ⁊ chore. Hi filij esau: qui nati sunt ei in terra chanaan. Tulit[v] autem esau vxores suas ⁊ filios ⁊ filias ⁊ omnem animam domus sue ⁊ substantiam ⁊ pecora ⁊ cuncta que habere poterat in terra chanaan: ⁊ abijt in alterā regionem: recessitq a fratre suo iacob. Diuites enī erant valde ⁊ simul habitare nō poterāt: nec sustinebat eos terra pegrinatiōis eor̄ p̄ multitudine gregū. Habitauitq esau i mōte seyr: ipse est edom.

m Cap. xxxvj. Hec aūt sunt generatiōes esau. postq̄ descripta est perfectio ipsius iacob: hic consequenter describit eius ab esau separatio: vbi generatio esau ꝯtum ad filios preponit. secundo a iacob secernitur. ibi: Tulit autem esau. tertio generatio esau ꝯtū ad nepotes subiungitur. ibi: Hec autem sūt generationes esau. Ad itelligētiam eor̄ que dicenda sūt in hoc ca. ⁊ in alijs similibus considerandū q i veteri testamēto ac nouo frequenter reperit⁹ q eadē psona pluribus nominib⁹ nominat⁹: sicut hic idē bis vocat⁹ esau: edom: ⁊ seyr. ⁊ in nouo testamento idem homo vocatur symon petrus ⁊ cephas. Item sicut in latino idem nomen p̄prium variatur i principio uel i fine uel medio sicut cicolin⁹: cicoletus: nicolaus: que vnum nomen important. ita est in hebreo: ut chonias: iechonias: iechoniam. Contingit autem frequenter q eadem persona numero vno nomine exprimitur in vno loco sacre scripture: ⁊ alio nomine in alio loco: ⁊ similiter eadem p̄sona nominatur in pluribus locis sub vno nomine variato tamen modo predicto hic ⁊ ibi. Et ex his contingit q aliqui suspicantur q sint diuerse persone. cum tamen sit vna predictis modis varie nominata. His dictis applicemus ad textum. n Esau accepit vxores ꝛc. Ada. ista notata est iudith supra. xxvj. ca. o Oolibama. hec nominata est basemath: ut dicitur ibidem. p Filiam ane: filij sebeon. Infra eodem ca. dicitur q ana fuit filius sebeon: quomodo ergo dicit⁹ oolibama filia duorum scilicet patris ⁊ filij. Respondent hebrei q sebeon qui erat paganus parum reputabat legem matrimonij: ⁊ ideo libidine ductus concubuit cum nuru sua scilicet vxore filij sui ana ⁊ inde generata est oolibama: ⁊ sic filia fuit sebeon carnalis: ⁊ filia ane putatiua. sed quia non est verisimile q esau saltem pro reuerentia patris sui isaac qui adhuc viuebat accepisset vxorem ita viliter natam. ideo aliter potest dici q fuit filia ane naturalis: ⁊ filia patris sui sebeon adoptiua: sicut manasses ⁊ ephraim fuerunt filij naturales ioseph ⁊ filij adoptiui iacob patris ioseph: ut habetur infra. xlviij. capitulo. Potest etiā dici q pueri alicuius nominantur etiam aliquando filij aui ipsorum: sicut laban filios filiarum suarum vocauit suos filios: ut habetur supra. xxj. capitulo. q Basemath quoq filiam ismael. ista supra. xxviij. capitulo nominata est melech. r Peperit autē ada eliphaz. Dicit Hieronymus q iste est eliphaz themanites: de quo fit mentio in libro Job. s Oolibama genuit iebus. iste vocatur iaus. j. Paralypomenon. j. ca. t Et ihelon. iste vocatur ialan ibidem. v Tulit autem esau. Hic consequenter describitur separatio predictor̄ a iacob.

Considerandum tamen q̄ ista separatio fuit facta ante mortem ysaac: quia ipso viuente esau cum familia sua mansit in monte seyr: ut supra dictū est. xxxij. ca. sed appropinquante morte ysaac venit ad sepulturam ipsius ⁊ ad tempus mansit ibi: ⁊ postea rediit ad locum predictum separatus totaliter a iacob. ⁊ patet lrā

a He autē sunt. Hic reuertit scriptura ad rescribendum generationem esau q̄tum ad nepotes ⁊ remotos. Ut tamen conuenientius rescribatur repetuntur aliqui de filijs esau: ut ad nepotes p̄cedatur. Primo ergo premittunt simplices psone. secundo in dignitate constitute. ibi: Hi duces. dicit igitur He sunt generationes esau patris edom. Hic accipit edom p̄ nomine regionis idumee q̄ dicta ē edom ab esau: q̄ altero noīe etiā vocat ē edom: ut p̄dictū est. ⁊ ideo dicit pater illius ire: inq̄ tum tale nomen accepit ab eo

b Fueruntq̄ ⁊c.] primogeniti esau.

c Theman. ex cui⁹ nomine pater nominauit terram illam.

d Omar. ille vocatur omath. j. Paral. j. ca.

e Sephua. iste vocatur sephi ibidem.

f Gathan. ⁊ iste getixr

g Erat ⁊c. hic accipit cōcubina pro vxore secūdaria: ⁊ admissa de voluntate vxoris principalis sicut ē. dictū est. xxv. ca. de concubina abrahe q̄ peperit ei amalech: a quo denominati sunt amalechite.

h Hi sūt filij ada. s. p̄dicti. Sz q̄ hoc videt. q̄ inter eos nominat amalech quem peperit thamna. ut dictum est. Dicendū q̄ fuit filius thamna naturalis ⁊ filius ada adoptiuus: quia thāna fuit concubina admissa ad matrimonium ipsius elipbaç. sicut filij bale nominant filij rachelis: supra ca. xxx.

i Hi duces. quia aliqui de prenominatis ascenderūt ad ducatū. Postq̄ nominauit eos ut psonas singulares. hic cōsequenter nominat eos vlterius ut duces. Circa quod notandum q̄ de filijs esau exiuerunt primo duces: postea reges: quia fecerunt sibi regem. Tertio iterum regnum reductum fuit ad ducatum. sicut filij israel primo habuerunt iudices: postea reges a saule vsq̄ ad captiuitatē babylonis. ⁊ tertio duces post captiuitatē babylonis. Primo ergo enumerant duces q̄ precesserūt regnū in filijs esau. secūdo reges. ibi: Reges autē. tertio duces qui fuerunt post regnū. ibi: Necergo nomina ducū Prima adhuc in duas. s. in partē p̄ncipalē ⁊ incidentalē. secūda ibi: Isti sūt filij seyr. ergo primo loquit de ducibus qui descenderunt ab elipbaç p̄mogenito esau. ibi: Dux theman ⁊c. secundo de ducibus qui descenderūt a rabuel secūdo filio esau. d. Hi q̄ filij

Hec autem sunt generationes esau patris edom in mōte seyr ⁊ hec nomina filiorū eius: Elipbaç filij ada vxoris esau: Rabuel quoq̄ filij basemath vxoris eius. Fuerunt q̄ elipbaç filij: theman: omar: sephua: ⁊ gathā: ⁊ ceneç: ⁊ chore. Erat autem thamna concubina elipbaç filij esau: que peperit ei amalech. Hi sunt filij ada vxoris esau. Filij autē rabuel: nahath ⁊ çara: semma ⁊ meça. Hi filij basemath vxoris esau. Isti quoq̄ erāt filij oolibama filie ane filij sebron vxoris esau: q̄s genuit ei: iebus ⁊ ibelon ⁊ chore. Hi duces filiorū esau: filij elipbaç p̄mogeniti esau: dux theman: dux omar: dux sephua: dux ceneç: dux chore: dux gathan: dux amalech. Hi filij elipbaç in terra edom ⁊ hi filij ada. Hi quoq̄ filij rabuel filij esau: dux naath: dux çara: dux semma: dux meça. Hi autē duces rabuel: in terra edom. Isti filij basemath vxoris esau. Hi aūt filij oolibama vxoris esau: dux iebus: dux ibelon: dux chore. Hi duces oolibama filie ana vxoris esau. Isti sunt filij esau ⁊ hi duces eorū: ipse est edom. Isti sunt filij seyr horrei habitatores terre: lothan ⁊ sobal ⁊ sebon ⁊ anan ⁊ dison ⁊ eser ⁊ disan. Hi duces horrei filij seyr in terra edom Facti sūt autem filij lothan: horrei ⁊ eman.] Erat autē soror lothan thamna: Et isti filij sobal: aluban ⁊ maneeth ⁊ ebal sephi ⁊ onan Et hi filij sebrō: achia ⁊ anan. Iste est anan q̄ inuenit aquas calidas in solitudine] cum pasceret asinos sebron patris sui. Habuit q̄ filiū disan: ⁊ filiam oolibama. Et isti filij disan: abdaç ⁊ iesban ⁊ iethrā ⁊ charan Hi quoq̄ filij eser: balaannā ⁊ çeuan ⁊ achan. Habuit aūt filios disan bus ⁊ aran. Hi duces horreorū. Dux lothan: dux sobal: dux sebeon: dux ana: dux dison: dux eser: dux disan. Isti duces horreorum qui imperauerūt in terra seyr. Reges autē qui regnauerūt in terra edom: anteq̄ haberent regem filij israel fuerūt hi: Balach filius beor: nomen q̄ vrbis eius denaba. Mortuus est autem balach: ⁊ regnauit pro eo iobab filius çare de bosra. Cūq̄ mortuus esset iobab: regnauit p eo husan de terra themanorū Hoc quoq̄ mortuo: regnauit pro eo adad filius badadi qui percussit madian in regione moab: ⁊ nomen vrbis eius auith Cūq̄ mortuus esset adad regnauit p eo semla de maserecha Hoc quoq̄ mortuo regnauit pro eo saul de fluuio rooboth. Cumq̄ ⁊ hic obisset: successit in regnū balanan filij achobor. Isto q̄z mortuo regnauit p eo adad: nomeq̄ vrbis ei⁹ phou. Et appellabat vxor ei⁹ meeçabel filia matreth: filie miçaab]

rabuel ⁊c. subdit:

k Isti sūt filij seyr. Hec est pars incidentalis: quia supra dixerat q̄ thamna fuit concubina elipbaç primogeniti esau: que fuit soror cuiusdam ducis illi⁹ terre nomine lotban: ut patet in lrā: ideo occasione huius enumerauit duces illius terre: qui non fuerunt de genere esau. dicens: Isti sūt filij seyr horrei. Iste seyr nō fuit esau ⁊ sed alius q̄ fuit ante eū: qō patet ex b qō addit:

l horrei. illi enim qui habitauerūt illā terram ante esau ⁊ filios ei⁹ vocati sūt horrei ē filij esau expulerūt eos de terra ⁊ dñati sunt ibi: ut habetur Deut⁹. ij. ca. ⁊ patet lrā ex dictis vsq̄ ibi: m Filij lotban ⁊c.]

Iste eman. j. Paral⁹. vocatur alobimā.

n Filij sobal alubā ⁊c. hic. j. Paral⁹. vocatur alian.

o Et hi filij sebron ⁊c.] horrei dicūt. Mulas in solitudine. dictio enim hebraica q̄ ibi ponitur lingua punica: que affinis ē hebree significat calorē aquarū. ⁊ hāc significationē secuta ē trāslatio nra: ⁊ sm hoc exponitur de aq̄s calidis oriētibus p̄ modum fontis ⁊ exeuntib⁹ de terra vbi sūt vene sulphuree ex q̄b⁹ aqua cōtrahit calorē cuiusmōi fōtes in plurib⁹ terris inueniunt. hebrei āt dicūt q̄ fecit ascēdere asinos sup equas. ⁊ sic adinuenit modū gnātiōis mulax: q̄ gnānt ex asino ⁊ equa ⁊ b videt cōcordare lrē sequēti cū dr p Cū pasceret asinos sebron p̄ris sui. Aliq̄ libri hāt asinas. ß falsa ē lrā.

q Aldaç. Iste vocatur hamaran. j. Paral⁹. r Et achan. iste vocat iacā ibidē.

s Reges aūt. hic reuertit scriptura ad enumerandū reges de stirpe esau in terra edom anteq̄ filij israel haberēt regē.

t Balach filius beor. iste nō ē balach q̄ cōduxit balaā ad maledicendū filios israel. ut habet Nume. xxij. qō p̄z ex hoc q̄ iste dicit filius beor: ille aūt filius sephor. Itē q̄ iste dr rex edom: ille aūt fuit rex moab.

v Et regnauit p eo iobab. Aug⁹ sup hūc locū ⁊ Ambro. sup epl̄am ad Ro. dicūt q̄ iste iobab fuit ipse iob; sed hebrei dicunt contrarium dicentes q̄ descendit de nachor fratre abrahe: ut supra dictū est. xxij. ca. lo.

x Filius badadi. primo Paral⁹. vocatur badad: ⁊ nomen vrbis eius phou.

.j. Parał. dicitur ploū: ⁊ appellaꝫ vxor eⁱ⁹ meeçabel filia matreth filie miçaab. Jsta meeçabel dicit hic filia duoꝝ horum. qꝫ fuit filia vnius naturalis: ⁊ filia adoptiua alterius ut ſ. expoſitū ē ꝛc oolibama. a Hec ergo nomina ducū. Dicunt hic aliqui ꝙ reges predicti non numerantur niſi illi ꝙ regnauerunt vſq; ad tempus moyſi. ⁊ tacētur illi qui regnauerūt vltra ꝛc ſhirpe eſau. Item dicunt ꝙ duces qui numerantur poſt illos reges ſm veritatē biſtorie p̄ceſſerūt: ⁊ poſt reges enumerantur ꝓpter regiā dignitatē. Sz falſitas vtriuſq; dicti apparet p̄r illud qō habetur .j. Parał. j. ca. vbi ſic dicit: Adad aūt mortuo duces. p regibus in edom eſſe ceperūt. b Dux thamna ꝛc Ex quo patet ꝙ iſte adad qui vltimo nominaꝫ i regibus fuit vltimus rex: quia ei ſucceſſerūt duces qui poſt eum enumerantur. Ex quo patet ꝙ iſti duces non p̄ceſſerūt reges. Dux thamna, dicunt aliqui ꝙ iſta fuit concubina eliphaz. Et oolibama que poſt nominatur fuit vxor eſau: ſed nominant inter duces ꝓpter animoſitatem ipſarum; ſicut vel vxor nominatur inter iudices iſrael: ut habetur libro Judicū. Sed iſtud p̄cedit ex ſuppoſitione falſitatis predicte; ſcilicet ꝙ duces hic numerati p̄ceſſerunt reges p̄enominatos: qz certum eſt ꝙ thamna ⁊ oolibama mulieres p̄ceſſerunt predictos reges. ⁊ ideo dicendum ꝙ thamna ⁊ oolibama nō ſunt hic nomina mulierum ſed virorum: quia in hebreo bene inueniunt aliqua nomina propria que ſunt equiuoca ad virum ⁊ mulierem: tamen ſm veritatem hebraicam thamna prout hic deſcribit pro viro aliter punctaꝫ in hebreo q̄ vbi ſupra ponit pro muliere: ſed iſta differentia non eſt bene p̄ceptibilis in latino c Dux aluba. primo Parał. nominatur alya. d Dux mabdilel. hebrei dicunt ꝙ ab iſto deſcendit regnū romanorum. e Habitauit autē iacob. illud ſubdit ad oſtendendum ſeparationem ipſius iacob ab eſau. propter quod introductū eſt iſtud capitulum. f Cap. xxxvij.

Hec ergo nomina ducum eſau in cognationibus ⁊ locis ⁊ vocabulis ſuis: dux thamna: dux aluba: dux iethbeth: dux oolibama: dux ela: dux phinon: dux cenez: dux theman: dux mabſar: dux mabdibel: dux hirā: Hi duces edom habitantes in terra imperij ſui: ipſe ē eſau pater idumeoꝝ. Habitauit autē iacob in terra chanaan in qua pater ſuus peregrinatus eſt: ⁊ he ſunt generationes eius.

Oſeph cū xxxvii. ſedecim eſſet annorū] paſcebat gregem cum fratribus ſuis adhuc puer. Et erat cum filijs bale ⁊ çelphe] vxorū patris ſui: accuſauitq; fratres ſuos apud patrē crimine peſſimo. Jſrael autem diligebat ioſeph ſuper omnes filios: eo ꝙ in ſenectute genuiſſet eum.] Fecitq; ei tunicā polymitā. Videntes autē fratres eius ꝙ a patre plus cunctis filijs amaretur oderant eum: nec poterant ei quicq; pacifice loq̄. Accidit quoq; ut viſū ſomniū referret fratribus ſuis: que cauſa maioris odij ſeminariū fuit. Dixitq; ioſeph fratribus ſuis: Audite ſomniū meū quod vidi. Putabam nos ligare manipulos in agro: ⁊ quaſi conſurgere manipulum meū ⁊ ſtare: verſtroſq; manipulos circūſtātes adorare manipulum meū. Reſponderūt fratres eius: Numquid rex noſter eris: aut ſubiciemur ditioni tue? Hec ꝙ cū ſomnioꝝ atq; ſermonū inuidie ⁊ odij fomite miniſtrauit. Aliud quoq; vidit ſomniū: quod narrans fratribus ait: Vidi p ſomnium: quaſi ſolem ⁊ lunam ⁊ ſtellas vndecim adorare me. Quod cum patri ſuo ⁊ fratribus retuliſſet: increpauit eum pater ſuus: ⁊ dixit. Quid ſibi vult hoc ſomniū quod vidiſti? Num ego ⁊ mater tua ⁊ frēs tui quendi quo factū vnius de cōmunitate aliqua imponit alijs de eadē cōmunitate. ⁊ tali modo loquendi vtit ſcriptura Matth. xxvj. vbi de vnguento effuſo ſuper caput xpi dicitur: Indignati ſunt diſcipuli dicentes: ut quid perditio hec? ⁊ tamen vnus ſolus de hoc murmurauit ſcilz iudas ſcariothis: ut habetur Joh. xij. ſed iſtud non eſt veriſimile: quia .j. eo. ca. dicitur: ꝙ cum alij fratres vellent ioſeph occidere ſolus ruben intendebat eum liberare de manibus eorum; ⁊ reddere patri ſuo. Alij dicunt ꝙ accuſauit eos de coitu cum filijs: ſed hoc eſt turpe dicere de patriarchis: maxime cum hebraica littera non habeat: Crimine peſſimo. ſed ſic habet: Et retulit patri rixam eorū peſſimam. ⁊ iſtud concordat cum eo quod dictum eſt ſupra: ꝙ filij lye deſpiciebāt ancillarum filios: ⁊ ex hoc erat odium ⁊ contentio inter eos. ⁊ iſtud in tranſlatione noſtra vocatur crimen peſſimum: quia ſicut fraterna caritas quid optimum dicitur: ita econtrario odium fraternum crimen peſſimum nominatur. k Jſrael autem. Hic ponitur ſecūda occaſio venditionis ioſeph ſcilicet quia plus cereris fratribus a patre amabatur: cuius cauſa ſubditur cum dicitur: l Eo ꝙ in ſenectute ꝛc.] Virtus enim generatiua in ſenectute debilior eſt: ⁊ ideo tunc ſolent generari pueri magis defectuoſi ⁊ imperfecti: ⁊ ioſeph econtrario erat fratribus ſuis gratioſior moribus ⁊ corpore. ⁊ ideo hoc videbatur ex ſpeciali dono dei procedere: propter quod erat patri magis amabilis. m Fecitq; ei tunicam polymitam. In hebreo habetur tunicā ſericam. ille enim pannus ſericus de quo erat tunica erat pluribus coloribus decoratus. ⁊ ideo dicitur illa tunica polymita a polys quod eſt pluralitas: ⁊ mitos quod eſt gutta. n Accidit quoq;. Hic ponitur tertia occaſio venditionis ioſeph ſcilicet viſio oſtenſa in ſomnis per quam prefigurabatur ꝙ ioſeph deberet in poſterum dominari fratribus ſuis. ⁊ ſecundam viſionem vidit ad hoc pertinentem ut eſſet certum indiciū future veritatis. ⁊ patet littera vſq; ibi: o Num ego ⁊ mater tua ⁊ē.

Ex hoc autem dicunt aliqui q̄ venditio ioseph fuit facta matre sua adhuc viuēte: cui⁹ mos descripta est ō. xxxv. ca. quia sicut frequenter dictum est: prius facta aliquando posterius scribunt & econuerso. Ad probationem autem dicti sui dicūt & verum est q̄ ioseph venditus fuit. xiij. annis ante mortē isaac: quia isaac i vniuerso vixit. clxxx. annis vt supra dictū est. xxxv. ca. Jtē isaac lx. erat annorū quando natus fuit iacob: ut supra dictū ē. xxv. ca. quibus subtractis de annis isaac remanent. cxx. anni de vita isaac post natiuitatem iacob. Jtē iacob erat cxxx. annor⁹ quādo descendit in egyptū: ut habetur. j. xlvij. ca. Ex quo patet q̄ iacob descendit in egyptū post mortē isaac. x. annis tm̄: sed venditio ioseph precessit descensum iacob in egyptum. xxiij. annis. quod patet sic: quia ioseph. xvj. erat annorum quādo fuit venditus: ut habetur in principio huius ca. & .xxx. erat annor⁹ q̄n fuit factus prepositus terre egypti: ut habet j. xlj. ca. a quib⁹ si subtrahantur anni. xvj. qui precesserunt eius venditionem remanēt xiij: vsq̄ ad tempus quo factus est p̄positus & inde vsq̄ ad descensum iacob in egyptum fuerunt. ix. anni: septē fertilitatis: & duo famis: ut habet. j. xlv. ca. & sic patet q̄ venditio ioseph precessit descensum iacob in egyptum. xxiij. annis; ℟ mors isaac precessit dictum descensum decem annis tm̄. Ex quo concluditur q̄ ioseph fuit venditus ante mortē isaac. xiij. annis. & ex hoc volunt isti concludere q̄ venditus sit viuente adhuc matre sua quando iacob veniebat de mesopotamia: & anteq̄ venisset ad patrem suum isaac. sed istud videtur contradicere textui. q². j. ca. isto dicit q̄ ioseph missus fuit de hebron a patre ad visitandū fratres suos. Ex quo patet q̄ ibidem manebat iacob quando ioseph fuit venditus: & certū est q̄ ibidem manebat isaac q̄n iacob venit ad eum rediens de mesopotamia: ut habetur supra xxxv. ca. Ex quo patet q̄ ioseph fuit venditus post⁹q̄ iacob venerat ad isaac patrem suum: & aliquo tempore manserat iuxta eū sed mater ioseph mortua fuit anteq̄ iacob veniret ad patrem: ut habet supra. xxxv. ca. Ex quo patz q̄ ioseph venditus ē post mortem matris sue. Jtem hic dicitur q̄ ioseph vidit i somnis solem & lunā & stellas vndecim adorantes eum: & per vndecim stellas intelligebant vndecim fratres eius. Ex quo patet q̄ beniamin q̄ erat vndecimus frater suus iam erat natus: & certū est q̄ mater ioseph mortua erat in partu beniamin: ut habet supra. xxxv. ca. & sic patet q̄ venditio ioseph fuit post mortē matris sue. Nec valet pro dicto contrario q̄ venditus sit ante mortem isaac. xiij. annis: quia per hoc non concludit q̄ dictus adhuc viueret: quia ex scriptura nō habetur quot annis iacob steterit cū patre post⁹q̄ venit ad eum: nec ex alio loco scripture potest concludi dictum eorum. Aliter exponitur quod predictū ē: Nunquid ego & mater tua &c. Jacob enim videns invidiam & odium filiorum suor⁹ contra ioseph propter somnia predicta volēs eos pacificare dixit Nūquid ego & mater tua &c. ac si diceret, mater tua iam mortua est, & per consequens non posset te adorare. & ideo videt somnium friuolum quantū ad istā partem: & eadem rōne de adoratione fratrū tuor⁹. a Pater vero rem tacitus considerabat. Licet enim loquendo coram filijs videret annihilare somniū: tamen intra se cogitabat q̄ vere esset presagium dñationis ipsius ioseph future: quia per solem & lunā pater figurat⁹ cum sit principium caloris & vite, ꝓpter quod secundo de anima sol dicit pater virorū eorumq̄. & per lunā que habet dominium sup humida intelligitur mater que ē p̄ncipium passiuū i generatione: & eadem ratione p stellas intelligūtur filij: quia recipiunt lumen a sole. Sed queritur quomodo verū sit q̄ mater eum adorauerit. cum fm expositionem istā iam mortua esset. Ad quod dicendū q̄ ipsa i se nō adorauit sed in prole sua scilz i ipso beniamin: nec fm aliā expositionē quā iprobauī potest dici q̄ ipsa adorauerit in persona propria: quia certū est q̄ non descendit in egyptū cū iacob: sed mortua fuit diu ante. Hebrei aūt dicunt q̄ mater ioseph vocat⁹ hic ipsa bala: q̄ nutriuit eū i sinu suo q̄etiā mortua racxle vocata ē mater ipsi⁹ ioseph. b Lūq̄ fratres illi⁹. hic cōsequenē describit venditi cōditio. & primo q̄tū ad eius promptā obediētiā ad obsequēdū patri cū dr̄: Presto sum. secūdo q̄tū ad magnā diligentiā fratres suos querēdo cū dicit: Fratres meos quero: indica mihi vbi pascāt greges. Cetera patent. c Qui cū vidissent eū ꝓcul anteq̄ accederet ad. hic cōsequenē describit venditionis ordo: vbi p̄mittit tractatus de ipsius morte. secūdo de venditione ibi: Et sedentes. Circa primū sciendū q̄ ex odio q̄ fratres ioseph contra eum conceperāt: statim cū viderūt eū a longe venientē deliberauerūt eū interficere. ne de cetero posset habere dñiū sup eos. d Ruben nitebat &c. Jnferēdo fratrib⁹ horrorē fratricidij & offensam dei: & anxietatē patris sui: ut dicit Joseph⁹. ℟ cū videret q̄ eos flectē nō posset cepit eos inducē ut in foueā deponeret ibidē fame moriturⁿ: dicēs ℟ ē min⁹ horrendū q̄s si ꝓpr⁹ manib⁹ interficeret ipsū: ℟ tm̄ dicebat cogitans ut postea occulte eū de fouea extraheret: cui⁹ dicto ꝓsenserūt. & p̄z hrā vsq̄ ibi: e Mudauerūt eū tunica talari. q². ptingebat vsq̄ ad talos fm q̄ dicit hiero⁹. In hebreo tm̄ nō hr̄ talari. ℟ sic hr̄: Et expoliauerūt eū tunica sua: & tunica serica. Ex q̄ videt q̄ hēbat tunicā duplicē: vnā simplicē: & aliā sericā. & vtrāq̄ sibi abstulerūt. hebrei āt p simplicē tunicā intelligūt camisiā. f Et sedētes. hic describit tractat⁹ vēditiōis. cū enī ꝓpe eos trāsierat societas mercator⁹ pgētiū i egyptū. iudas q̄ erat p̄ncipalior fr̄: assit frib⁹ ut ioseph mercatorib⁹ vēderet

adorabimus te super terram? Jnuidebant ei igit fratres suis: pater⁹ vero rem tacitus cōsiderabat. Cumq̄ fratres illius in pascendis gregib⁹ patris morarent⁹ in sichē dixit ad eū israel Fratres tui pascūt oues i sichimis: veni mittā te ad eos. Quo respondēte: presto sum ait: Vade & vide si cūcta ꝓspera sint erga fratres tuos & pecora: & renuncia mihi q̄d agat. Missus de valle ebron venit in sichem inuenitq̄ eum virū errantem in agro: & interrogauit q̄d quereret. At ille rndit Fratres meos quero. Jndica mihi vbi pascāt greges. Dixitq̄ ei vir: Recesserunt de loco isto. Audiui autē eos dicētes: Eam⁹ in dothaim. Perrexit itaq̄ ioseph post fratres suos & inuenit eos in dothaim. Qui cū vidissent eū ꝓcul: anteq̄ accederet ad eos cogitauerūt illum occidere: & mutuo loquebant⁹: Ecce somniator: venit: Venite occidam⁹ eū & mittamus in cisternā veterē: dicemusq̄: fera pessima devorauit eū: & tūc apparebit q̄d illi ꝓsint somnia sua. Audiēs autē hec ruben⁹ nitebat liberare eū de manib⁹ eor⁹: & dicebat: Nō interficiamus aīam ei⁹: nec effundam⁹ sanguinē: sed proiicite eum in cisternā hanc veterē q̄ est i solitudine: manusq̄ vr̄as seruate innoxias. Hoc autem dicebat volēs eripere eū de manibus eor⁹ & reddere patri suo. Cōfestim igit ut venit ad fratres suos: nudauerūt⁹ eū tunica talari & polymita: miserūtq̄ eum in cisternā veterē que non habebat aquā. Et sedentes⁹ ut comederēt panē viderūt ismahelitas viatores venire de galaad: & camelos eor⁹ portantes aromata & resinam & stacten i egyptum. Dixit ergo iudas fratribus suis: Quid nobis ꝓdest si occiderimus fratrē nostrum & celauerim⁹ sanguinē ipsius? Melius est ut venundet⁹ ismahelitis: & man⁹ nostre nō polluantur. Frater enim & caro nostra est. Acquieuerunt fratres sermonib⁹ illius: & ꝓtereuntib⁹

ꝙ fuit mater mādian a ꝙ dicti ſūt madianite . ⁊ agar mat̄ iſmahel a ꝙ dicti ſūt iſmahelite : fuit eadē mulier numero . b Eunucho pharaonis. Eunuch⁹ aliqñ accipit ꝑ caſtrato : aliqñ vero ꝑ miniſtro uel ſeruo alicui⁹ principis : ⁊ vocat talis eunuchus : eo ꝙ debet eē caſtus ⁊ honeſtus : ⁊ ꝺ mō accipit hic. vnde .j. xl. ca.

madianitis negociatorib⁹ : extrahētes⁽ᵃ⁾ eum ꝛe ciſterna vendiderunt eū iſmahelitis .xx. argenteis: ¶ qui duxerunt eum in egyptū . Reuerſuſq; ruben ad ciſternam nō inuenit puerum: ⁊ ſciſſis veſtibus pergēs ad fratres ſuos ait: Puer non cōparet: ⁊ ego quo ibo: Tulerunt⁽ᵇ⁾ aūt tunicam eius : ⁊ in ſanguinem hedi quē occiderant tinxerunt : mittentes ꝙ ferrēt ad patrē ⁊ dicerēt: ¶ Hanc inuenim⁹: vide vtrū tunica filij tui ſit : an non . Quā cū cognouiſſet pat̄ ait : Tunica filij mei eſt . Fera peſſima comedit eum: beſtia deuorauit ioſeph. Sciſſiſq; veſtibus indutus ē cilitio : luges⁽ᶜ⁾ filium ſuum multo tpe. Congregatis autem cunctis liberis ei⁹ ut lenirent dolorem patris: noluit cōſolationē accipe : ſed ait: Deſcendam⁽ᵈ⁾ ad filium meū lugens ī infernū ¶ Et⁽ᵉ⁾ illo pſeuerante in fletu : madianite⁽ᶠ⁾ vendiderūt ioſeph in egypto: phutifari eunucho⁽ᵍ⁾ pharaonis magiſtro⁽ʰ⁾ militū. Cap. XXXVIII.

EOdem⁽ⁱ⁾ tpe deſcendēs iudas a fratribus ſuis diuertit ad virum odollamiten nomine hiram : vidit ꝙ ibi filiam hominis chananei vocabulo⁽ᵏ⁾ Sue. Et accepta vxore ingreſſus eſt ad eā . Que cōcepit ⁊ pepit filium : ⁊ vocauit nomen eius her. Rurſū ꝙ concepto fetu natū filium vocauit onan . Tertium quoq; peperit quem appellauit ſela. Quo nato: parere vltra ceſſauit. Dedit autem iudas vxorem primogenito ſuo her: nomine thamar. Fuit⁽ˡ⁾ quoq; her primogenitus iude : nequā in conſpectu dñi ¶ ideo ab eo occiſus ē . Dixit ergo iudas ad onan filium ſuum Ingredere ad vxorem fratris tui ⁊ ſociare illi ut ſuſcites ſemē fratri tuo . Ille ſciens nō naſci ſibi filios : introiens ad vxorē fratris ſui ſemen fundebat in terrā : ne liberi fratris nomine naſcerentur . Et idcirco pcuſſit eū dñs eo ꝙ rē deteſtabilē faceret. Quāobrē dixit iudas thamar nurui ſue : Eſto vidua in domo patris tui : donec creſcat ſela filius⁹ me⁹ . Timebat enim ne ⁊ ipſe moreret ſicut frēs ei⁹. Que abīt ⁊ habitauit i domo p̄ris ſui.

a Extrahentes eū tē. ¶ Aliq̄ autē libri habēt .xxx. ſed falſa eſt hrā. Scribit puer .xxj. Non ē ſapiētia: nō ē conſiliū cōtra dñm qō exponēs beatus Gregorius ī mozal. dic ꝙ homines per aſtutias ſuas volētes impedire effectū ordinationis diuine: preter intentionē ſuā pmouent eū : ⁊ ponit exemplum de ioſeph de quo deus pordinauerat ꝙ a fratrib⁹ adoraret: volentes hoc impedire fratres ei⁹ vēdiderūt eū ut dictū ē: ⁊ per hoc factū eſt ut cogerent⁹ famis tpe venire ad ioſeph ⁊ ipſū adorare. b Reuerſuſq; rubē ad puteū . alias ciſternā. neſciebat eni ꝙ ioſeph fuiſſet venditus: ⁊ iō cū eum nō inuenit credidit ꝙ ipſo abſente fratres ex malicia extraxiſſent eum de fouea ⁊ interfeciſſent. Sed q̄rit hic q̄ abierat ruben qñ vēdit⁹ ē ioſeph: Dicēdū ꝙ abierat ad q̄rendum meliora paſcua : ut frēs ſuos faceret eō gare a fouea in qua erat ioſeph: ut ſic eis abſentibus melius poſſet extrahere ioſeph ⁊ reddere patri ſuo. c Tulerunt aūt. hic deſcribit facti celatio p fictionē mendacē ꝙ eſſet a beſtia deuoratus. ⁊ pz hrā vſq; ibi : d Lugens filium multo tpe. ſ. xxij. annis : q̄ ut dictū eſt fluxerunt a tpe venditionis ioſeph vſq; ad deſcenſū iacob in egyptū: qz cū audiuit ꝙ ioſeph adhuc viueret ſtatim illuc deſcendit . ut habet̄ .j. xlv. ca. e Deſcendā ad filiū tē. ¶ Hebrei exponunt in foueā uel ſepulchrū. Catholici aūt melius exponūt dicētes in infernū. i. ad lymbū ſcōz patrū : q̄ ē ſuperior⁹ pars inferni. f Et illo pſeuerante in fletu. ⁊ ſic iſte fletus refert⁹ ad iacob. In hebreo br̄ ſic: Et fleuit eū pater ſuus. Et ſm hebreos refert⁹ ad iſaac q̄ adhuc viuebat ut p̄dictū eſt: ⁊ iō qñ vidit filiū ſuū iacob in tanta anxietate fleuit cum eo. g Madianite vendiderunt ioſeph. Ex hoc dicunt iudei ꝙ ioſeph ter fuit vēditus. qz p̄mo fratres ſui vendiderunt eū iſmahelitis .xx. argenteis ut p̄dictū ē. ſecundo iſmahelite vendiderunt eum madianitis qui erant in eadē ſocietate cum eis. ⁊ tertio vendiderūt madianite phutifari in egypto : p̄ciū tñ ſecūde venditionis ⁊ tertie nō exp̄mit: tñ credēdū ē ꝙ fuit maius q̄ p̄me : qz huiuſmodi venditiones facte ſūt ꝑ lucro. Sed verū videt⁹ ꝙ nō fuit venditus niſi bis. ſemel a fratrib⁹ iſmahelitis : ut dictū ē. ⁊ ſecundo ab iſmahelitis phutifari egyptio. vnde .j. xxxix. ca. dicit⁹ ꝙ phutifar emit eū de manu iſmahelitarū. Ex quo pz ꝙ idē homines iſmahelite ⁊ madianite vocant⁹. ⁊ ꝺ cōcordat ei qō ſ. dictū ē ca. xxv. ꝙ cetbura

h Magiſtro militū. Hebrei dicunt : magīro carnificum. In hebreo enī ſcribit⁹ batbaabim ⁊ ſignificat ꝓpie mactantiū uel laniantiū ⁊ hoc pōt cōpetere militib⁹ q̄ homines interficiunt in bello . ⁊ hunc ſenſum ſequit⁹ noſtra trāſlatio. Cōpetit etiā carnificib⁹ q̄ mactant aīalia : ⁊ hunc ſenſum ſequūt hebrei : ⁊ q̄ſi in idē redit dictū Joſephi q̄ i hoc loco dicit : p̄ncipi cocorū. k Cap. xxxviij. Odē tēpore . Iſtud ca. ponit incidenter iuxt̄ vēditionē ioſeph : qz ut dicūt hebrei filij iacob videtes patrem incōſolabiliter afflictū: eo ꝙ credebat ioſeph eē mortuū : ceperūt eē moleſti iude : eo ꝙ vidiſſet cōſiliū de ei⁹ vēditiōe: dicētes ei: Si cōſuluiſſes eū totaliter dimittēdū: acceſſiſſemus tibi tāq; p̄cipaliori : maxime qz ſedata paſſione ire ī nobis fuiſſem⁹ ei cōpaſſi ⁊ ſic reddit⁹ fuiſſet p̄ri. ꝙd qō iudas declinans a fratrib⁹ ſuis cōtraxit cū aliqs amicitiā: ⁊ in de accepit vxorem : ⁊ iō primo deſcribit⁹ ſue vxoris acceptio : ⁊ ſecundo ſue nurus impregnatio. ibi : Euolutis aūt multis dieb⁹ Circa primū dicit⁹ ſic : l Vidit ꝙ ibi filiā hominis chananei. Hebrei dicunt : hominis mercatoris. Dictio enim hebraica q̄ hic ponit⁹ equiuoca eſt ad ſignificandū aliquē deſcendentē de ſtirpe cham : ⁊ hunc ſenſum ſequit⁹ trāſlatio noſtra. ⁊ ad ſignificandū mercatorem: ⁊ hunc ſenſum ſequūt hebrei. vnde ⁊ .puer. xxxj. ca. vbi trāſlatio noſtra habet : Cingulū tradidit chananeo. Hebrei dicunt : mercatori. m Vocabulo ſue. Nō eſt nomen vxoris iude. ut aliqui credūt ⁊ male : ſicut melius pater in hebreo : ſed ē nomē patris illius vxoris : ut magis .j. patebit . ⁊ patet hrā vſq; ibi: n Fuit quoq; her tē. ¶ Que autē fuerit eius nequitia. in textu nō exprimit. ſ dicūt hebrei ꝙ fuit ſimilis cū nequitia fratris ſui onan : qui in coitu cum ſua vxore ſtudebat fundere ſemē in terram. i. extra vas muliebre : ſed hoc faciebat alio motiuo: qz iſte her libidinoſe afficiebat ad ſuam vxorem thamar: ⁊ iō cauebat ne impregnaretur : ne ex eius impregnatione eius pulchritudo minueretur : ⁊ ne eius concubitu ad tempus priuaretur ſcilicet cum eſſet propinqua partui ⁊ in partu iacens vſq; ad purificationem . Onan enim frater eius ſimiliter faciebat propter hoc ꝙ ſciebat ꝙ primogenitus filius aſcriberetur fratri defuncto : ut in littera dicitur. ⁊ ideo vterq; interfectus eſt a domino ⁊ idētitas pene atteſtatur ſimilitudini culpe. Ex iſto etiam loco pater verū quod ſupra dictū eſt: ſcilicet plura legalia eſſe obſeruata anteq̄ lex daretur moyſi : quia inter illa vnum eſt de ſuſcitatione ſeminis fratris defuncti. ut habetur Deut⁹. xxv. ca.

a Evolutis autem. Hic consequēter describitur sue nurus impregnatio .7 secundo eiusdem condemnatio. ibi: Ecce aūt post menses tres. Circa primum patet sententia exceptis aliquibus verbis exponendis. b Mortua ē sue vxor iude. In hebreo habetur: Mortua est filia sue, ex quo patet quod supra dictum est scilicet q sue ē nomen patris vxoris iude.

id est pharaonem ita stupidum ut dictū est. a Videntem ⁊ cecum. id est speculatorem qui factus fuit cecus te nō videndo: ⁊ videns cetera videndo. b Nonne ego? ac si diceret: sicut talia mirabilia feci tibi: ita tāta ⁊ maiora possū facere. c Obsecro dñe inquit ⁊c. ¶ Iuez moyses de verbo dñi non dubitaret: tamen qz aaron frāt su⁹ erat eo senior ⁊ eloquētior. residerabat eū habere sociū sibi a domino assignādum. ideo hanc petitionem replicauit. d Iratus dñs in moysen. nō qz peccauerit mortaliter: sed quia nimis pusillanimis videbat in suscipiendo dei cōmissionem. si enī mortaliter peccasset: nō eēt verisile qd petis petitionem eius exaudisset. quod tamen fecit. vñ sequitur: e Aaron frāt tu⁹ ⁊c. ⁊ pz lrā vsq; ibi: f Tu aūt eris ei in bis que ad deum ptinēt. id ē accipies ordinatiōē meā ⁊ leges a me immediate: ⁊ ipse eas p te sibi relatas denūciabit pplo g Abijt moyses. hic p̄sequēt describitur commissionis moysi facte executio. ⁊ p̄mo respectu termini a quo moyses recessit. secūdo respectu spacij p qd̄ incessit. ibi Cūq; esset in itinere. tertio respectu termini ad quem accessit. ibi: Venerunt q; simul. Circa primū dicitur: Abijt moyses. reuertens de monte synai. b Ad iethro. nolebat enī recedere absq; licentia eius: tum quia iurauerat manē cum eo: tum quia non poterat secum ducere vxorem ⁊ filios sine volūtate eius. i Cognatū suū. id ē affinitate cōiunctū. vnde ⁊ in hebreo habetur; Socerum suū. k Cui ait iethro: vade in pace. erat enī homo rationabilis. ⁊ ideo noluit eum impedire: Jacob aūt recessit a laban licentia non petita: quia sciebat eum esse hominē fraudulentum sicut dictū fuit Geñ. xxxj. ca. l Et imposuit eos super asinū. Dicunt hebrei qd iste est asinus qui portauit ligna holocausti quando abrahām voluit immolare isaac: de quo habet Geñ. xxij. ca. ⁊ qd eundē asinū equitaturus est rex messias quando veniet: de quo habet Zach. ix. ca. Ecce rex tu⁹ veniet tibi ⁊c. ⁊ ideo poterat tantū onus portare. m istud apparet omnino ficticiū. ideo dicendū qd ibi accipitur singulare p plurali. Sup asinū. i. asinos. quia vnus nō sufficeret ad portandum tot psonas. m Portans virgā dei. sic autē nominabat: tum quia ex precepto dei erat portanda: tum quia per eam erant miracula dei fienda. n Dixitq; ei dñs reuertēti. i. ad reuertendum se disponēti. o Vide ut omnia ostenta. i. mirabilia ostensione digna. p Ego indurabo cor eius. Hoc predixit dominus futurū: ut non admiretur moyses quādo videbit effectum. Sciendum tamen qd dominus non est causa obdurationis cordis inq̄tum ē peccatū: sed hoc mō est a libero arbitrio: dñs aūt est causa indurationis inq̄tum est quedam pena: quia in pnā peccati perpetrati subtrahit gratiam: cuius est cor mollificare. ⁊ ideo ea subtracta sequit̄ induratio cordis humani i malo suo. q Filius meus primogenitus isrl. i. dignior in populis: ⁊ cui maiora bona reseruāt ⁊ maxime quia vnigenitus dei fili⁹: qui est primogenitus omnis creature. ut dr Col. j. ca. erat de israel p̄m carnem nascitur⁹. r Ecce ego interficiam filiū tuū p̄mogenitū. ista fuit vltima pena egyptijs inflicta. ⁊ tñ denunciatur hic p̄mo quia illa que fuit poena in intentione: sunt posteriora in executione s Cūq; esset in itinē Hic consequenter describit recessus moysi q̄tum ad spacium per qd̄ incessit. cum dicit: Cūq; esset in itinere. reuertendo in egyptū. t Jn diuersorio. id est in hospitio ad quod diuerterat. p refectiōē uel quiete nocturna. v Occurrit ei dñs ⁊ volebat occidere eum. illud eum p̄m aliquos refertur ad moysen: quem volebat dñs occidere: eo q̄ ducebat secum eliezer filiū suū incircūcisum. Gerson autem circūciderat in terra madian. Alij aūt dicunt qd refertur ad eliezer quē volebat occidere: eo qd erat incircūcisus: ⁊ tamen ducebatur in egyptum ad mozandū inter filios israel qui erant circūcisi. Sed istud non videt conuenienter dictū: quia ille puer nondū venerat ad etatem adultam. ⁊ ideo non erat in culpa ex dilatione nimia sue circūcisionis. nec puniendus: sed pater qui habebat eius curam: sicut fuit declaratum Geñ. xvij. ca. ⁊ ideo primū dictum melius videt. scilz qd refertur ad Moysen. x Tulit illico sephora acutissimā petram. Hebrei dicunt: Aciem uel nouaculam. y Et circūcidit preputium filij sui. quia per verbum moysi uel angeli volentis occidere moysen cognouit qd illa infirmitas angeli erat propter hoc qd filius eius non erat circūcisus. z Tetigitq; pedes eius. i. filij sui circūcisi: ad cuius pedes manauit sanguis ex incisione. a Et ait: sponsus sanguinū tu mihi es. id est. fere, propter te sponsus meus moyses fuit occisus. Aliter exponitur: ut li eius referat ad moysen: ad cui⁹ pedes proiecit preputiū filij sui abscisum. b. Sponsus sanguinū tu mihi es. id est propter te qui es sponsus meus. ne te angel⁹ occideret: sanguis filij mei effusus est. ⁊ ista expositio secūda magis concordat littere sequenti. cum dicit: b Et dimisit eum. quia indignata recessit a moyse: ⁊ redijt ad patrem suū cū filijs suis: ut patz ex eo quod habet infra. xviij. ca. scilz qd iethro venit ad moysen in deserto: adducens secum vxorem moysi ⁊ filios eius. placuit etiam moysi qd ipsa rediret cum filijs: quia percepit tunc qd non esset nisi oneri q̄tum ad negocium. p quo ibat. c Dixitq; dominus ad aaron. ex hoc patet qd aaron tanq̄ propheta habuit reuelationem domini. hoc etiam patz ex eo quod dicitur. j. Reg. ij. ca. ad beli. Hec dicit dom⁹: Nunquid non aperte reuelatus sum domui patris tui cum esset in egypto. ⁊c Heli enim descendit de aaron. d Qui perrexit obuiam ei in

tuā. Tulit ergo moyses vxorem suam ⁊ filios suos: ⁊ imposuit eos super asinū: reuersusq; est i egyptum: portans m virgā dei i manu sua. Dixitq; n ei dominus reuertenti in egyptū: Vide o ut omnia ostenta que posui in manu tua facias coram pharaone. Ego p indurabo cor eius: ⁊ non dimittet populū. Diceisq; ad eū: Hec dicit dominus: Filius q meus primogenit⁹ israel. Dixi tibi: Dimitte filium meum ut seruiat mihi: ⁊ noluisti dimittere eū. Ecce r ego interficiam filium tuum primogenitum. Cūq; s esset in itinere in diuersorio t: occurrit v ei dominus: ⁊ volebat occidere eum. Tulit x illico sephora acutissimam petram: ⁊ y circūcidit preputium filij sui. Tetigitq; pedes z ei⁹: ⁊ a ait: Sponsus sanguinū tu mihi es. Et b dimisit eū p̄q; dixerat: sponsus sanguinū tu mihi es ob circūcisionē. Dixitq; c dñs ad aarō: Vade i occursū moysi i deserto Qui d

montem dei. i. in montem synai qui vocat mons dei ratione predicta. iij. ca. a Venerūtq; simul. Hic consequenter describit accessus moysi ad terminū ad quem. vbi manifestauit causam aduentus sui. primo senioribus populi cum dicitur: b Et cōgregauerunt cunctos seniores. i. populi iudices: ut dictū est ꝫ. iij. ca. Et postea aaron qui erat eloquentior: & habebat vocem magis audibilem. verba que dixerat dominus moysi proposuit cōra populo. & hoc est quod dicitur: Locutusq; ē aaron &c. c Et fecit signa. predicta in principio huius ca. nō tamē p seipsū: sed per moysen cuius erat facere signa predicta coram populo israel: qō patz p signū manꝰ sue facte leprose & iterum sanate: qō non potest dici de aaron. d Et credidit populꝰ. visis signis. e Et proni adorauerunt. p gratiarum actione. f

Cap. v.

Post hec. Pꝰ. q̄ describit descripta ē passio ducis populū israel de egypto educentis: hic cōsequenter describit flagellatio regis populum detinentis: & quia illa punitio iudiciaria est. ideo premittit monitio ex verbis. secūdo monitio cum signis additis in principio. vij. ca. & tertio subditur punitio i decem plagis. circa medium eiusdem ca. ibi: Dixit aut̄ dominus ad moysen ingrauatum est &c. Circa p̄mū p̄ ponit monitio & regis dura responsio. & secūdo populi aggrauatio. ibi: Dixitq; pharao. Circa primū dicitur sic: Post hec. i. postq̄ populus israel crediderat moysi de eius liberatione: ut dictum est in fine precedentis ca. g Ingressi sunt moyses & aaron. Sed queritur hic: vbi erant seniores populi israel de quibus dixerat dominus q̄ ingrederentur cum moyse ad regem egypti: ut dictū ē ꝫ. iij. ca. Dicūt hebrei q̄ remanserunt ducti timore regis. & propter hoc impediti sunt accedere ad dominū cum moyse: ut habetur. j. xxiiij. ca. Sed hoc videtur falsum: quia aaron q̄ dicingressus est cum moyse: eodem modo tunc impeditus fuit: quia solꝰ moyses accedere iussus est: ut ibidem dicit. & ideo melius dicitur ab alijs q̄ seniores ingressi sunt ad regem sicut dixerat dominꝰ: sed solum scriptura facit mentionem de moyse & aaron: q̄ erant principales: & quia eis erat cōmissum negocium. b Hec dicit dominus. in sua monitione auctoritatē dominī premittunt: ut sit efficacior ad regem inclinandum: sed rex ecōtrario respondit contemptibiliter dicens: i Quis est dominus. ac si diceret. nō est tante auctoritatis q̄ timeam ei obedire. Respondit etiā infideliter dicēs: k Nescio dominū. Iz eni deū esse fm Anselmū sit p se notum. & per consequens eius noticia inserta est naturaliter mentibus humane: hoc tamen est intellectum mens humana deū esse cogitat id quod estimat maximum in entibus: sed sub ista determinatione q̄ sit deus populi israel p fidem & cultum specialē prout sonabant verba moysi: deum esse non est naturaliter notum. & sic respondit rex: Nescio dominum. quia egyptij infideles & idolatre existentes colebant animalia tanq̄ deos. Respondit etiam inobedienter dicens: Et israel non dimittā. l Dixerunt q̄. exponentes causā predicte monitionis. m Deus hebreorum vocauit nos. cui tenemur obedire. n Ut eamus viam trium dierum. Istud est sapza expositum. iij. ca. Addūt tamē aliqui q̄ per tres dies intelligantur tres menses: quia in tertio mense ab exitu de egypto venerunt ad montem synai: ut habetur infra. xix. ca. & ibi sacrificauerunt domino. In sacra enim scriptura aliqñ accipit dies. p anno: ut Ezech. iiij. & eadem mō dicunt q̄ accipitur hic. p mense. o Ne forte accidat nobis pestis. que prouenit ex corruptione aeris. p Aut gladius. q̄ prouenit ex inuasione hostis. q Ait ad eos rex. sic dure respōderat loquēdo contra dominū: ita dure respōdet loquēdo cōtra moysen & aaron dicēs: r Quare moyses & aaron sollicitatis populum: imponens eis q̄ velint movē seditionem. & sic agere contra regiam maiestatē s Ite ad onera vestra. Ex quo patet q̄ erat eis intentio: ut affligerentur oneribus: sicut & alij: sed populus eis & alijs senib⁹ parcebat de labore manuali. Numerus enim determinat⁹ laborum imponebat populo p singulos dies: ut patet ex sequentibus: & cōmunis populus maiori labori se supponebat ad reddendum numerum predictum: ut moyses & alij pdicti ceēnt a tali labore liberi. t Dixitq; pharao. Hic describit aggrauatio regis. & primo sup populū in generali. secundo ex hoc consequenter ostendit afflictio moysi. ibi: Occurrerunt q̄. Circa primū tangitur causa aggrauationis. cū dicitur: v Multus est populus. scilicz filiorum israel. Videtis q̄ turba succreuerit. Sed queritur quomodo hoc potest ee: quia edictū fuit a rege de masculis submergendis: ut predictum est. j. ca. Dicendū q̄ illud edictū tanq̄ nimis crudele fuerat revocatum. x Quanto magis si videritis eis requiem ab operibus. ac si diceret. ex hoc lucide patet q̄ sunt magis operibus affligendi ut sic minus possint vacare generationi. y Precepit ergo in die illo prefectis operum & exactoribus populi. Hic dicit Andreas q̄ exactores & prefecti erant idem homines & idem officium habentes. sed hoc patet falsum ex hoc quod sequitur postea: Flagellatiq; sunt qui preerant operibus filiorum israel ab exactoribus pharaonis. nō ē verisimile q̄ flagellarentur ab egyptijs si essent egyptij. & ideo dicendū q̄ prefecti erant de filijs israel: & erant constituti ut populū ad laborem inducerēt: ut numerum laterum exactoribꝰ redderent qui erant egyptij. z Nequaq̄ vltra dabitis paleas. de sumptu regis: sicut prius. ad cōficiendos lateres. Paleeeni dicuntur quicqd remanet de messe excusso grano: & talia cōmiscebant cū luto ut lateres fortiores eēnt: ex talibus autem fiebant edificia in egypto: quia rari lapides sūt ibi: a Nec minuetis quicq̄. de magnitudine

perterrexit obuiam ei in montem dei: & osculatus est eū. Narrauitq; moyses aaron omnia verba domini pro quibus miserat eum: & signa que mandauerat. Veneruntq; simul: & congregauerunt cunctos seniores filiorum israel. Locutusq; ē aaron ad eos oīa verba que dixerat dominus ad moysen: & fecit signa cōra populo & credidit populus. Audierunt q̄ visitasset dominꝰ filios israel & q̄ respexisset afflictionem illorū: & proni adorauerunt. V

Post hec ingressi sūt moyses & aaron & dixerūt pharaoni: Hec dicit dominus deus israel: Dimitte populum meum ut sacrificet mihi in deserto. At ille respondit: Quis est dominꝰ ut audiam vocē eius: & dimittam israel: Nescio dominū: & israel non dimittam. Dixeruntq;: Deus hebreorū vocauit nos: ut eamus viā trium dierum in solitudinem: & sacrificemꝰ domino deo nostro: ne forte accidat nobis pestis aut gladius. Ait ad eos rex egypti: Quare moyses & aaron sollicitatis populū ab opibus suis: Ite ad onera vestra Dixitq; pharao: Multus est populus terre. Videtis q̄ turba succreuerit: quāto magis si dederitis eis requiē ab operibus. Precepit ergo die illo prefectis operum & exactoribus populi dicens: Nequaq̄ vltra dabitis paleas populo ad cōficiēdos lateres sicut prius: sed ipsi vadant & colligant stipulas: & mensuram laterum quam prius faciebant: imponetis sup eos: nec minuetis quicq̄. Vacant enim & idcirco vociferant dicentes: Eamus & sacrificemus deo nostro. Opprimant operibus & expleant ea: ut non acquiescāt verbis mendacibus. Igitur egressi

Exodus

laterum nec de multitudine prius imposita. a Flagellatiq; sunt. quia non poterant reddere numerum consuetū exactoribus. b Vociferati sunt. cum clamore magno ⁊ miserabili: ut regem flecterent ad pietatem. c Et iniuste agit contra populum tuū. Nō dixerunt iniuste agis ne regem offenderent ⁊ ut bonori regio referrent: sed dicunt Iniuste agitur. scilz ab exactoribus tuis: ⁊ ꝓtra intentionē tuā: sed q̄ hoc non inuenerūt aliq̄ gratiā. ⁊ pz lrā. d Occurreruntq; moysi. Dic cōsequēter ostēdit afflictio moysi ⁊ aaron in speciali. ⁊ primo ponit dicta afflictio. secūdo diuina consolatio. in principio vj. ca. Afflictio aūt moysi ostenditur ꝓsequēter ex afflictione populi. cum dicit: Occurreruntq; moysi. scz prepositi filiorū israel e Qui stabāt ex aduerso ⁊c. Dicunt aliqui q̄ postq̄ moyses ⁊ aaron fecerunt monitionē predictam egrediebāt a pharaone ⁊ prepositi tunc ingrediebantur ⁊ sic ex aduerso veniebāt isti obuiam illis. ⁊ sic li egredientes a pharaone refert ad moysen ⁊ aaron. sed hoc videt falsum: quia post monitionem factam a moyse pharao aggrauauit iugum populi ⁊ flagellati fuerunt prepositi pdicti eo q̄ nō reddebāt numerum impositum. ꝓpter qō iuerunt ad clamandū coram pharaone: vbi durum responsum habuerunt. Ex quib⁹ pz prepositorum ad clamandū cora pharaone fluxerunt plures dies. ⁊ ideo li egredientes a pharaone nō refertur ad moysen ⁊ aaron sed ad prepositos predictos: quorū egressum regis ut scirēt quale responsū habuissent. tanq̄ curā habentes de bono populi. ⁊ ideo quādo sciuerūt q̄ prepositi filiorum israel iuerunt ad pharaonem. ipsi secuti sunt eos expectantes extra domū regis exitum illorum ut scirēt regis responsum. f Videat dominus ⁊ iudicet. i. puniat malū qō fecistis nobis. g Quoniā fetere fecistis ⁊c. id ē nos abominabiles ⁊ odiosos reddidistis. h Et prebuistis ei gladium. i. occasionē affligendi nos latorib⁹ vsq; ad mortē. i Reuersusq; est moyses ad dñm. vbi apparet patiētia moysi qui q̄uis esset superior dictis prepositis: tamen verba eorum dura ⁊ pungitiua patienter sustinuit quia videbat eos in passione positos: ex quo habent superiores exemplum cessandi a correctione subditorum in passiōe positorum donec transeat passio nisi periculū in mora probabiliter timeatur. k Domine cur afflixisti. i. affligere permisisti. l Populū istū. ex quo apparet caritas moysi: quia non solum pungentibus eum non respondit sed etiam pro eis orauit. m Quare misisti me. quasi diceret. ad liberandum eos me misisti ⁊ ipsi econtrario magis q̄ prius sunt afflicti. n Cap. vj.

prefecti operū ⁊ exactores ad populum dixerunt: Sic dicit pharao: Non do vobis paleas. Ite ⁊ colligite sicubi inuenire poteritis: nec minuetur quicq̄ de opere vestro. Dispersusq; est populus in omnē terram egypti ad colligēdas paleas. Prefecti quoq; operum instabant dicentes: Complete opus vestrum quotidie: ut prius facere solebatis quādo dabant vobis palee. Flagellatiq; sūt qui preerant operibus filiorū israel: ab exactoribus pharaonis dicentibus: Quare nō implestis mensurā laterū sicut pri⁹: nec heri nec hodie? Venerūtq; prepositi filiorum israel: ⁊ vociferati sunt ad pharaonem dicentes: Cur ita agis cōtra seruos tuos? Palee nō dantur nobis: ⁊ lateres similiter imperātur. Ecce famuli tui flagellis cedimur: ⁊ iniuste agitur contra populum tuū. Qui ait: Vacatis ocio: ⁊ idcirco dicitis: Eamus ⁊ sacrificem⁹ domino Ite ergo ⁊ operamini. Palee non dabunt vobis: ⁊ reddetis cōsuetum numerum late/

rum. Videbant q̄q; se prepositi filiorum israel in malū eo q̄ diceretur eis: non minuetur quicq̄ operis de lateribus per singulos dies: Occurrerūtq; moysi ⁊ aaron qui stabant ex aduerso: egredientes a pharaone. ⁊ dixerunt ad eos: Videat dñs ⁊ iudicet: quoniā fetere fecistis odorem nostrū cora pharaone ⁊ seruis eius: ⁊ prebuistis ei gladiū ut occideret nos. Reuersusq; ē moyses ad dominū ⁊ ait: Domine cur afflixisti populum istum? Quare misisti me? Ex eo enī quo ingressus sū ad pharaonem ut loquerer ex nōie tuo: afflixit populum tuū ⁊ non liberasti eos. VI

Dixitq; dominus ad moysen: Nunc videbis que facturus sū pharaoni. Per manū enim fortem dimittet eos: ⁊ in manu robusta eijciet illos de tra sua. Locutusq; est dominus ad moysen dicens: Ego dominus qui apparui abrahā isaac ⁊ iacob i deo omnipotēte: ⁊ nomen meū adonai nō indicaui eis. Pepigiq; fedus cum eis

Dixit dominus hic ꝓsequēter scribit ipsi⁹ moysi consolatio. ⁊ p̄ circa eum ostenditur dei cōsolatio benigna 2° describit ipsi⁹ moysi genealogia. ibi Isti sūt principes domoꝝ. Adhuc circa primū p̄ premittit diuina cōsolatio secundo eiusdē ꝓsolatiōis relatio. ibi: Narrauit q̄ moyses: Circa primū cōsiderādū q̄ dñs videns moysen afflictū: tum ex grauamine populi: tū ex eo quod imponebatur sibi. consolatur eum dicens: o Nunc videbis. id ē cito. p Que facturus sū pharaoni. scilicz mirabilia alias inaudita. q Per manū eni fortē. id est p potentiā meā eum fortiter flagellātē. r Dimittet eos. scilicz filios isrl quos nūc fortiter retinet ⁊ violenter. ⁊ nō solum dimittet: ꝫ etiā eijciet eos de terra sua: q̄ egyptij de morte primogenitoꝝ territi cogebant filios isrl exire ut habet. j. xij. ca. s Ego dñs qui apparui abrahā isaac ⁊ iacob in deo oīpotente ⁊ nomē meū adonai nō indicaui eis. q̄ dñs volebat cōsolari moysen ut dictū est. insinuat ei q̄ sit ei datur⁹ clariorē sui cognitionē q̄ patrib⁹ preteritis. Istud tñ varie exponit a doctorib⁹ catholicis ⁊ hebreis. Dicūt igitur aliqui doctores catholici q̄ hoc nomē adonai significat generale dominiū. licz aūt patrib⁹ precedentibus moysen ostenderit se dominū totius creature. nō tamē ita pfecte sicut moysi p transmutationē creaturarū ut virge in serpentem ⁊ econuerso: ⁊ fluminis in sanguinē: ⁊ alijs signis mirabilibus in quibus ostendit dominiū dei sup creaturas obedientes ei ad nutum cōtra nature cursum. sed hoc nō videt sufficienter dictū quia ipsi abrahe ostendit similia conuertendo pulueꝝ lorb in statuā salis: ⁊ in descensione ignis contra naturā sup sodomā ⁊ gomorram. ut habet Geñ. xix. ca. ⁊ in multiplicatiōe aquarū xv. cubitis vltra cacumina montium tpe diluuij. ⁊ in creatione mūdi de nihilo que omnia notificata fuerūt abrahe ab ipso deo. Item hoc nomen adonai q̄ significat generale dominiū nō ponitur hic in hebreo. cum dicit: Nomē meū magnū ⁊c. sed ibi ē nomen domini tetragrāmaton. verūtamen quia istud nomen apud hebreos tante sanctitatis reputatur q̄ non debeat nōiari nisi a sūmo sacerdote: ⁊ solū in benedictionib⁹ fiendis in tēplo: iō loco illius nominis ꝓnunciat̄ hoc nomē adonai: sicut si apud nos hoc nomen deus ꝓpter sui sanctitatē non esset licitū nōiare ⁊ loco illi⁹ vbicūq; inueniret scriptū ꝓnūciaret hoc nomē dñs. ⁊ hoc modo translatio nostra hic habet hoc nomen adonai loco nominis domini tetragrāmaton. nomē aūt dñi tetragrāmaton

non significat dominū ut videbit. ⁊ ideo predictus modus dicendi ,pcedit ex ignorātia idiomatis hebrei: quia accipit nomē qō ,pnunciat loco illius qō scribit. Sciendū igit q ad videndū quid dicendū sit de significatione nominū hebraicorū videt recurrendum ad doctores hebreos antiquos. Dicit enī Ra. Moyses loquēs de diuinis nominib⁹ que ī veteri testamento ꝓtinentur q aliqua noīa de deo dicunt ꝑ respectū ad creaturas: ut creator dominus ⁊ filia. Alia aūt dicunt de deo per modum qualitatū circa diuinam essentiam ut sapiēs. bon⁹. omnipotens ⁊ similia. ⁊ alia ꝑ modū quantitatum ut imensus incircumscriptus: ⁊ per modū aliarum ꝓprietatū: licz transeant in diuinam substātiam q̄tū ad rem significatam: sed nomen domini tetragrammaton significat diuinā essentiā puram ⁊ nudam ,put in se existit. circūscripto omni alio. ⁊ ideo est nomen incōmunicabile appropriatū soli deo: quia significat veritatem diuine essentie in se. Hoc igitur supposito dicit Ra. Sa. hebreus q hoc nomē significat veritatē diuine nature: ad veritatem autē pertinet impletio dicti sui uel ,pmissi. ideo dicit hic: Nomen meū magnū. scilicz tetragrāmaton: quod veritatem importat: Non indicaui eis. quia in diebus eorum nō impleui promissum quod eis feci de terra chanaan ab eis possidenda: quia non habitauerunt in ea nisi tanq̄ peregrini: sed nunc ad hoc te misi: ut impleam illud ,pmissum. ⁊ sic ostendā me esse veracem in promissis implendis. ⁊ littera sequēs huic expositiōi concordat que facit mentionem de dicto promissorio de eductiōe populi israel de egypto: ⁊ introductione ipsius in terram patribus promissam: ut patz litteram intuēti. Sed ista expositio adhuc nō videt sufficiens: quia veritas prout importat impletionem diuini promissi non significat diuinam naturam in se; sed magis ꝑm respectum ad creaturam: vnde sic accipitur ,p fidelitate ad aliquid inq̄tū implet ,pmissum ei factum: ⁊ ista expositio nō accipit significationē nominis vei tetragrāmaton: ,put Ra. Moyses eam exponit. Item dictum promissum patrib⁹ factum de terra chanaan possidenda a filijs israel non fuit impletum tempore moysi: quia illam non intrauit morte preuentus: ut patz Deut°. vltj. ⁊ ideo aliter dicunt alij q dominus apparens patribus precedētibus moysen nō noiauit se eis sub noīe domini tetragrāmaton. sed hoc patet falsum Beñ. xv. vbi dominus apparens abrahe dixit ei: Ego sum dominus qui eduxi te de ur chaldeorum. In hebreo loco huius nominis dominus habet nomen domini tetragrāmaton. Propter qō aliter dicendū. Supposita ergo significatione nominis domini tetragrāmaton predicta; dicendum q deus indicauit hoc nomen moysi nō solum q̄tum ad vocem sed etiā q̄tum ad significatum: quod est ,pprie indicare nomen aliquod. ⁊ hoc primo indicauit moysi quando dixit ei: Ego sum qui sum. ut dictū est sup̄. iij. ca. quia per hoc nomen significatur necessitas ⁊ stabilitas essendi ⁊ plenitudo ipsius esse: quia per hoc importatur quoddam pelagus substantie infinitum; ut dicit Damascenus: ⁊ hoc est ꝓprium diuine essentie ⁊ competit ei circūscripto omni alio; nec significat per modum cuiusdam dispositionis diuine essentie: sicut sapiēcia ⁊ potentia ⁊ similia. Secundo ostendit ei clarius quando in raptu ei concessum est videre diuinam essentiā nude ⁊ clare. ꝑm q dicit Aug⁹. xij. sup̄ Beñ. ⁊ ad Paulinam in libro de videndo deum. Hoc etiā videtur per hoc q dicit Numeri. xij. de moyse Palam ⁊ non per enigmata ⁊ figuras deū videt. Neutro autē predictorum modorū legitur deus loquens patribus precedentibus moysen significatum nominis dominī tetragrāmaton sic indicasse: sed vsus est nomine uel potius significato nominis importante respectū ad creaturā: sicut Beñ. xlvj. dixit iacob: Ego sum fortissimus deus patris tui. ⁊ Beñ. xvij. dixit abrahe; Ego dominus omnipotens ambula coram me ⁊c. vñ ⁊ Beñ. xv. quando loquendo abrahe vsus est nomine domini tetragrāmaton: ut predictum est: nō tamen significatum ꝓprīū expressit: sed magis per nomen importās respectum ad creaturam determinauit dicens: Ego dominus⁹ qui eduxi te de ur chaldeorum. similiē nulli eoz ostendit essentiā suā clare sic moysi: ⁊ ideo bene dr̄ b: Apparui eis in deo omnipotente. id est indicaui me eis sub nomine importante respectum ad creaturam. Et nomen meum adonai. id est tetragrāmaton: Nō indicaui eis sicut moysi. medis predictis.

ut darem eis terram chanaan terram peregrinationis eorū in qua fuerunt aduene. Ego[a] audiui gemitū filiorū israel quo egyptij opprimunt eos: ⁊ b recordat⁹ sū pacti mei: ideo dic filijs israel. Ego dñs qui educā[c] vos de ergastulo egyptiorū ⁊ eruā de seruitute: ac[d] redimā in brachio excelso ⁊ iudicijs[e] magnis: ⁊ f assumā vos mihi in populum ⁊ ero vester deus. Et[g] scietis quia ego sū dominus deus vester: qui[h] eduxerim vos de ergastulo egyptiorum: ⁊ induxerim vos in terram sup̄ quam leuaui manū meam: ut[i] darem eam abraham isaac ⁊ iacob: daboq̄ illam possidendam vobis ego dominus. Narrauit[k] ḡ moyses omnia filijs[l] israel: qui[m] non acquieuerūt ei propter angustiam spiritus ⁊ opus durissimū. Locutusq̄ est dominus⁹ ad moysen dicens: Ingredere ⁊ loquere ad pharaonem regē egypti ut dimittat filios israel de terra sua. Respōdit moyses coram dño. Ecce[n] filij israel nō audiunt me: ⁊ quō audiet pharao. p̄sertim[o] cū incircūcisus sim labijs? Locutusq̄[p] ē dñs ad moysen ⁊ aaron: ⁊ q dedit

a Ego audiui gemitū filiorū israel quo egyptij opprimunt eos. id est considerauī afflictionem qua egyptij fecerunt eos gemere. b Et recordatus sum pacti mei. id est ad modum recordantis me habui: quia obliuio non cadit in deo nec recordatio: sed modus obliuiscentis fuit in eo ante q̄ iuuaret eos: ⁊ modus recordantis quando incepit eos adiuuare. c Educam vos de ergastulo. Ergastulū locus est vbi coguntur captiui operari ⁊ laborare: ⁊ dicit ab ergo quod est labor ⁊ stolos quod est missio: ⁊ ad similitudinē huius. locus vbi filij israel cogebantur laborare in luto ⁊ latere vocabatur ergastulum. d Ac redimā in brachio excelso. ac si diceret. non in pecunia pro redemptione vestra danda sed per signa virtutis mee ostensiua. e Et iudicijs magnis. id ē plagis iusto iudicio meo egyptijs infligendis. f Et assumam vos mihi in populū ⁊ ero vester deus. qō factū fuit quando dedit eis legem ⁊ ipsi receperunt eam. g Et scietis. per experientiam de beneficiorum meorum. h Qui eduxerim vos de ergastulo egyptiorum: ⁊ induxerim vos in terram sup̄ quā leuaui manū meā. id est iuraui. i Et darem eam abraham. de quo iuramento habetur Beñ. xxij. vbi dicit abrahe. Per memetipsum iuraui dicit dominus ⁊c. k Narrauit. Hic ponitur dicte p̄solationis diuine relatio. cum dicit: Narrauit ergo moyses omnia. predicta domini verba. l Filijs israel. ad eorum consolationem. m Qui nō acquieuerunt ei. hoc non est intelligendum de sensibus populi sed de populo cōmuni qui magis attendebat afflictionem laboris presentis q̄ verba moysi consolantis. n Ecce filij israel nō audiunt me ⁊c. Loc⁹ est a maiore negando. o Presertim cum incircūcisus sim labijs. incircūcisus labijs proprie dicitur qui verbis superfluis vtitur: quod non est credendum de moyse: sed large accipiendo trahit ad designandū quemlibet defectū eloquentie: ⁊ sic dicit de moyse ex vocis gracilitate: ut sup̄ dictū est. iiij. ca. p Locutusq̄ est dominus⁹ ad moysen ⁊ aaron. ut non desisterent a negocio incepto ex hoc q populus israel nō acquiescebat eis. q Et dedit mandatū ad filios israel ⁊c. de monendo ⁊ consolando eos: quia bonus prelatus non debet talia omittere circa subditos si in principio non audiūt eū Vñ dicit Paul⁹. ij. ad Timoth. iiij. ca. Predica verbū insta

opportune importune. a Et ad pharaonem regem egypti. cōminando penas ⁊ infligendo si staret in rebellione. b Isti sunt principes domorum. Hic describitur moysi ⁊ aaron genealogia ut sciref in posterum qui ⁊ quales fuerunt: ⁊ ne per idēntitatem nominis facta sequentia alijs attribuerentur.

c Filij ruben pgeniti israelis enoch ⁊ phallu: esrom ⁊ charmi Incipit autem genealogiā istā describere a ruben: tum quia erat pmogenit⁹ respectu leui de cui⁹ tribu fuerit moyses ⁊ aarō: tū qz iacob qui eū genuit. Beñ. xlix. ca. dixerat mala de ruben ⁊ symeō ⁊ leui: ut pz ibidē litterā intuenti. ideo describere scripsit genealogiam eoz breuiter repetendo ne viderentur a deo reprobati: nec processit genealogicādo vltra tribum leui: tū quia de alijs tribub⁹ sequētibus mala nō dixerat. saltem talia uel tanta sicut de istis: tum qz ista genealogicatio fit hic ppē moysen ⁊ aaron qui erant de tribu leui. ⁊ tō ibi stetit ⁊ nō diffusius genealogicauit eā ꝓpter ꝓcedentes. ex eadē causa. d Accepit autem amram vxorem iochabeth patruelem suam. id est filiā patrui sui. ut supra dictum est. ij. ca. e Accepit autem aaron vxorē elisabeth filiam aminadab. que erat de tribu regia: quia propter dignitatē sacerdoralem tribus regia ⁊ sacerdotalis fuerunt commixte. f Et ꝟo eleaçar filio: ut dicunt hebrei. g Iste est aaron ⁊ moyses quib⁹ precepit dominus. quando combinantur. aliquando aaron ꝓponitur ut hic: tum ratione primogenite: tum quia deus preuiderat ⁊ elegerat eum in sūmū sacerdotem. Aliquando econuerso moyses ꝓponitur: tum quia sibi commissum est principaliter educere filios israel de egypto: tū quia verba domini immediate recipiebat ab eo ⁊ per aaron tanq̄ per interpretem tradebat populo. h Et ait moyses coram domino. Postq̄ genealogiam moysi ⁊ aaron interposuerat. hic redit scriptura ad id quod sup̄ dixerat ante dictam genealogicationem. i Cap. vij.

mandatum ad filios israel: ⁊ ad pharaonem a regem egypti ut educerēt filios israel de terra egypti. Isti sunt b principes domorum per familias suas. Filij ruben c primogeniti israelis: enoch ⁊ phallu esrom ⁊ charmi. He cognationes ruben. Filij symeon: iamuel ⁊ iamin ⁊ iamī ⁊ abod ⁊ iachin ⁊ saber ⁊ saul filius chananitidis. He ꝓgenies symeō. Et hec noīa filiorū leui ꝑ cognationes suas: gerson ⁊ caath ⁊ merari. Anni autem vite leui fuerunt centum trigintaseptem. Filij gerson: lobni ⁊ semei per cognationes suas. Filij caath: amram ⁊ isuar ⁊ hebron ⁊ oziel. Anni quoq̄ vite caath centum trigintatres. Filij merari: mooli ⁊ musi. He cognationes leui per familias suas. Accepit d autem amram vxorem iochabeth patruelem suam: que peperit ei aaron ⁊ moysen ⁊ mariam. Fuerūtq̄ anni vite amram centum trigintaseptē. Filij quoq̄ isuar: chore ⁊ napheg ⁊ çechri. Filij ēz oziel: misael ⁊ elisaphan ⁊ sechri. Accepit e autē aaron vxorem belisabeth filiā aminadab sororem naason: que peperit ei nadab ⁊ abiu ⁊ eleaçar ⁊ ithamar. Filij quoq̄ chore: aser ⁊ helchana ⁊ abiasab. He sunt cognatiōes choritarum. At f ꝟo eleaçar filius aaron accepit vxorem de filiabus phutiel q̄ peperit ei phinees. Hi sunt principes familiarum leuiticarū per cognationes suas. Iste g est aaron ⁊ moyses quib⁹ precepit dominus ut educerent filios israel de terra egypti per turmas suas. Hi sunt qui loquuntur ad pharaonem regem egypti ut educāt filios israel de egypto Iste h moyses ⁊ aaron: in die qua locutus est dominus ad moysen in terra egypti. Et locutus est dominus ad moysen dicens: Ego dominus. Loquere ad pharaonem regem egypti: omnia que loquor tibi. Et i ait moyses coram domino: En incircūcisus labijs sum: Quomodo audiet me pharao?

VII

Dixitq̄ k dominus ad moysen: Ecce l constitui te deum pharaonis: ⁊ m aaron frater tu⁹ erit propheta tuus. Tu loqueris ei omnia que mando tibi: ⁊ ille loquetur ad pharaonem: ut dimittat filios israel de terra sua. Ego n indurabo cor eius: ⁊ o multiplicabo signa ⁊ ostenta mea in terra egypti ⁊ non audiet vos. Immittāq̄ manū meam super egyptum: ⁊ educam exercitū ⁊ populū meū filios israel de terra egypti: per iudicia maxima. Et p scient egyptij: quia ego sum

a Dixit dominus. Postq̄ moyses ⁊ aaron monuerunt pharaonem verbis: hic cōsequenter describitur eiusdē monitio in mirabilib⁹ signis. ⁊ primo describitur huius monitionis impositio. ⁊ secundo executio ibi: Ingressi itaq̄. Circa primū dr sic: b Ecce constitui te deū pharaonis. nō dicit deū absolute: ꝺ pharaonis: qz deitas non ē coicabilis creature: tamen aliqua similitudo ⁊ participatio ipsius bene cōmunicatur ei: sicut dicit ps. lxxxj. Ego dixi dij estis. Quod exponens saluator Johānis. x. illos ad quos factus est sermo dei dixit deos. ⁊ eodē modo infra xxij. ca. Applicabitur ad deos. i. ad iudices ⁊ hoc modo moyses dictus est hic deus pharaonis. i. potens super eum in plagis dei virtute ⁊ eius iudicio infligendis. Sciendum tamen q̄ in hebreo dr Constitui te eloym pharaonis. qō nomen scōm ꝓprietatem hebrei sermonis est pluralis numeri: sicut pz in duabus auctoritatibus prallegatis in quibus ponit hoc nomen eloym: sicut hic. ⁊ trāssertur in plurali numero. ⁊ ideo translatio nostra esset magis propria si haberet sic: Ego constitui te deos pharaonis. i. tantū timendum ⁊ ampli⁹ q̄. illos quos colit tanq̄ deos: quia nō poterāt eum sic affligere sicut moyses. hoc autē dixit dominus moysi ut ēet constans coram pharaone. l Et aaron frater tuus erit. ꝓphēta tuus. propheta aliquando accipitur proprie: ⁊ ad hoc requiritur q̄ habeat reuelationē a deo. vñ dicit. j Regi. ix. ca. Qui hodie dicitur propheta. olim appellabatur videns. Aliquando accipitur large pro eo qui verba dei renunciat uel exponit: licz ea non habeat a deo imediate: ⁊ talis magis ꝓprie dicit interpres uel prolocutor: ⁊ hoc modo dicitur hic aaron propheta: ad qō designandum dicitur: Propheta tuus. ⁊ non dicitur propheta domini. Hoc autem dictum est moysi quia dixerat se excusando En incircūcisus labijs sum. Sciendum tamen q̄ licz aaron nō dicatur proprie propheta ex isto loco: aliunde tamen potest dici: quia habuit reuelationem a deo immediate: ut dictum est supra. iiij. ca. m Sed ego indurabo cor eius. qualiter autem deus sit causa indurationis. dictum est supra. iiij. ca. n Et multiplicabo signa ⁊ ostenta. id est ostensione digna propter magnitudinem ⁊ multitudinem ipsorum. o Et scient egyptij quia ego sum dominus qui extenderim manum meam super egyptum ⁊c. per experientiā plagarū quas infligam eis.

a Erat autem moyses octoginta annorum: ⁊ aaron octoginta trium annorum quando locuti sunt ad pharaonem. Hoc dicit ad ostendendum ꝙ non mouebantur ex passione iuuenili: sed ex magna maturitate. b Cum dixerit vobis pharao ostendite signa. diuine virtutis declaratiua: qz aliter reputaret eos mendaces nisi de sua legatione possent signa ostendere. c Dices ad aaron. hoc autē factum est quia moyses diu fuerat absens de egypto: ideo credere poterāt egyptij ꝙ tūc fuisset imbutus magicis artibus: ⁊ ideo si manu sua proiecisset ẏgā que versa ē in colubrum. potuissent hoc imputasse magicis artibus: sed aaron i iuuētute māserat i egypto vbi artes magicas addiscere non potuissent nisi de voluntate ⁊ scitu egyptiorū ⁊ ideo nō poterant eū ita suspectum habere. d Colle virgā tuā ⁊ proijce eam coram pharaone: ac vertat' in colubrū. Ista virga aliquando dicitur virga dei: quia de precepto dei fuit apportata in egypto: ⁊ quia in ea fiebant signa virtutis dei ostēsiua. Aliquando dicit virga moysi: tum quia eam tenebat moyses quando dominus apparuit ei in rubo: tum quia moyses in ea fecit multa signa. Dicitur etiam aliquando virga aaron ut hic ꝓ quia in ea ꝑ manū aaron facta sunt signa aliqua. e Ingressi itaq; moyses ⁊ aaron ad pharaonē. Hic ꝓnter describit ꝓdicte monitionis executio. cum dicit: Ingressi itaq;. cōstanter ad exequendum dei mandatum. f Tulitq; aaron virgam coram pharaone ⁊ seruis eius. ut viderent manifeste ꝙ nō erat factū moysi: cui artem magicam imponebant. g Que versa est in colubrum. non ſm apparentiam tm̄ sicut virge magorum ut dicetur infra: sed ſm veritatem. conuersio enim virge aaron que facta est ad declarationem diuine virtutis debuit ee dissimilis conuersioni virgarum ipsorum magorum: non solum ꝓptum ad virtutem facientem sed etiam ꝓptum ad rei facte veritatē. h Vocauit autem pharao sapientes. id est philosophos: quia qui modo dicuntur philosophi. antiquitus sapientes vocabantur. Pythagoras enim primus fecit hanc nominis mutationē. cum enim arrogantissimū sibi videretur ꝙ se diceret sapientē. inquisitus de sua conditione non respondit se esse sapientem: sed philosophum id est sapientie amatorem. i Et maleficos. id est magicis artibus imbutos. k Et fecerunt etiam ipsi per incantationes egyptiacas. licet fierent virtute demonū. vocant tamē egyptiace: tum quia in egypto docebant: tum quia egyptij talib' vtebant'. l Et arcbana quedā similit'. qō dicit. tum qz tales incantationes in silentio proferuntur: tum quia effectus earum ex virtute occulta procedunt. Isti autem talia facientes fuerūt iamnes ⁊ mambres. ut dicit apls. ij. ad Timoth. iij. ca. Sicut iamnes ⁊ mambres restiterunt moysi ⁊c. m Proiecerūtq; singuli virgas suas que verse fuerunt in dracones. non ſm veritatem sed ſm apparentiam tm̄ ut videbitur. n Sed devorauit virga aaron virgas eorum. ⁊ illud fuit secundū signū. Dicunt autem doctores catholici ꝙ ista devoratio fuit anteq; virga aaron rediret ad naturam virge: quia virge non cōpetit devorare sed magis serpenti. vocatur tamen virga licz tunc esset serpens. quia prior ei' natura erat virga ⁊ quia serpens ille erat reducendus ad naturā virge. Hebrei autem magis innitentes littere dicūt ꝙ fuit postq; illa redierat ad naturam virge: quia dicitur sic in textu: Devorauit virga aaron ⁊c. Certū est autē ꝙ vtroq; modo potuit fieri. quia illud fuit factum diuina virtute que potest indifferēter quodlibz corp' maxime corruptibile in aliud cōuertere: licz dubitent aliq eodē mō de corpore celesti dicentes ꝙ non potest etiā diuina virtute in corpus corruptibile conuerti. hoc tamen discutere non est presentis negocij. Dz autem dicitur ꝙ devoratio virge non competit: verum est proprie loquendo: quia devorare pertinet ad vim nutritiuam. tamen similitudinarie ⁊ large loquendo convenit rei ianimate: sicut dicitur ꝙ ignis devorat ligna. ⁊ hoc modo potuit dici de virga aaron si aliquid fuit conversum in ipsam postq; redierat ad naturā virge: secm̄ dictū hebreorum. primus tamen modus dicendi videt probabilior. o Induratūq; est cor pharaonis ⁊ non audiuit eos sicut preceperat dom'⁹: quia imputauit factū illud artibus magicis. Ad maiorem intellectum predictorum queritur vtrū virtute demonū qua magi vtunt potuit fieri conuersio virgarum in dracones. ⁊ videtur ꝙ non: quia aut hoc esset ſm veritatem aut ſm apparentiam tm̄: non primo modo quia materia corporalis nō subest virtuti demonis ꝙ tum ad transmutationem ipsius ad formam: ſm ꝙ dicit Aug⁹. iij. de trini. dicēs: Non est putandū istis transgressoribus angelis ad nutum seruire hanc visibilium rerum materiam: sed soli deo. Nec secundo modo: quia sensus naturaliter ⁊ ordine nature imutatur a sensibili' sed demon uel angelus non potest propria virtute nature ordinem imutare. quia tunc posset facere vera miracula: quod est falsum. ergo ⁊c. Responsio. virtute demonū nō potuerunt conuerti virge in dracones ſm veritatē. Cui' ratio est quia i compositis ex materia ⁊ forma materia nō fit per se nec forma. sed totum compositum. ⁊ ideo totum transmutatur in totum: ut ex toto aere fit totus ignis: quando aer conuertitur in ignem. ut dicit in libro de generatione. effectus autem assimilatur agenti ⁊ in ipso preexistit saltem virtualiter. ⁊ ideo compositum ex materia ⁊ forma naturali non potest produci nisi ab agente compposito ex materia ⁊ forma: uel nisi haberat totum compositum in virtute sua. angelus autem est forma simplex nō habens materiam partem sui: nec etiam habet eam in virtute sua: sed solus deus potest eam producere: ⁊ ideo virtute demonis non potest aliquod compositum ex materia ⁊ forma produci. licz in eo remanserint naturalia integra. conuersio autem virge in serpentem includit compositum ex materia ⁊ forma naturali productiōe. ergo ⁊c. Potuit tamē ꝓdicta conuersio fieri ſm apparentiā: quia licz materia corporalis nō subijciatur virtuti angelice ꝓptum ad transmutationē predictam. subijcit tamen ei ꝓptum ad motū localē ut ab oibus concedit. ⁊ ideo demones propria virtute dimissi potuerunt virgas a magis proiectas ꝑ motū localem imperceptibiliter sensui humano tollere ⁊ loco earum serpentes aliunde apportatos uel ibidem generatos non virtute demonis sed agentis naturalis: sicut dicetur infra supponere. Videmus enim ꝙ aliqui mimi ꝑ subtilitatem manuū ⁊ localem motum aliqua sic trāsmutant ꝙ homines non percipiunt: ⁊ multo fortius demones quorum subtilitas ⁊ celeritas in motu locali maior est q̄si incomparabiliter hoc possunt ⁊ multa maiora. Item quia abeuntibus sensibilibus remanent fantasie ⁊ imaginationes. ut dicit. ij. de aia. inde est ꝙ ex motu locali formarū

domīus qui extendetim manum meam super egyptum: ⁊ eduxerim filios israel de medio eorum. Fecit itaq; moyses ⁊ aaron: sicut p̄ceperat dominus: ita egerunt. Erat[a] autē moyses octoginta annorū ⁊ aaron octogintatriū: quādo locuti sunt ad pharaonē. Dixitq; dominus ad moysen ⁊ aaron. Cū[b] dixerit vobis pharao: ostēdite signa: dices[c] ad aaron. Colle[d] virgā tuam ⁊ proijce eam coram pharaone: ac vertatur in colubrum. Ingressi[e] itaq; moyses ⁊ aaron ad pharaonem: fecerūt sicut precepat dominus. Tulitq;[f] aaron virgā coram pharaone ⁊ seruis eius: que[g] versa est in colubrū. Vocauit[h] autē pharao sapientes ⁊ maleficos: ⁊[k] fecerunt etiam ipsi per incantatiōes egyptiacas: ⁊[l] archana quedam similiter. Proiecerunteq;[m] singuli virgas suas que verse sūt in dracones: Sz devorauit[n] virga aaron virgas eorū. Indurat[o]ūq; ē cor pharaonis ⁊ non audiuit eos

sensibiliū remanentium in virtute fantastica cū humoribus in quibus sunt ut ī subiecto apparent aliqua que nō sunt. vnde dicit philosophus libro de som. & vigi. q̄ descendente plurimo sanguine ad p̄ncipium sensitiuū simul descendunt forme imaginate. & sic videntur aliqua que non sunt: sicut accidit somniantib⁹ & isto modo possūt dæmones cōmouere humores interiorum sensuū & exteriorum & sic possūt ad organa sensuū aliquas formas reducē ac si venirent ab extra: non solum in dormientibus sed etiam vigilantibus: & sic videtur eis aliqua esse extra q̄ tamen nō sunt. & hoc modo poterant facere q̄ viderentur virge uerse in dracones: & tamen de hoc nihil esset extra ꝑm veritatem. Tertium autem modum addunt alij dicentes q̄ dæmones per motum localem possunt applicare actiua naturalia passiuis & sic sequent effectus naturales. sic applicatis lignis ad ignem ꝑ manū hominis gnāt ignis in materia lignorum: illa tamē generatio est ab igne sicut ab agente proprio: ab applicante ligna ministerialiter tm̄. sed licz hoc sit verum. tamen non habet locum in proposito: quia licz ex virgis possent generari serpentes p agens naturale. hoc tamen esset p multas transmutatiōes & longo tempore & non ita subito: poterant tamē dæmones materiam existentem in propinqua dispositione ad formā serpentis supponere proprio actiuo & sic cito generarētur & in loco virgarū per dæmones supponerētur. Ex predictis patz ad illud quod obijciebatur. quia p modos predictos dæmones non transmutant materiam ad formā naturalē: nec mutant nature ordinem.

sicut preceperat dominus. Dixit[a] autem dominus ad moysen: Ingrauatū[b] est cor pharaonis & non vult dimittere populum. Vade[c] ad eum mane. Ecce[d] egredietur ad aquas: & [e]stabis in occursum eius super[f] ripam fluminis: & virgā que conuersa est in draconem tolles ī manu tua: dicesq̄ ad eum: Dominus deus hebreorum misit me ad te dicēs: Dimitte populum meū ut sacrificet mihi ī deserto: & vsq̄ ad presens audire noluisti. Hec igitur dicit dom̄in⁹: In hoc[g] scies q̄ sim dom̄in⁹. Ecce[h] percutiam virga que ī manu mea est aquā fluminis & vertetur in sanguinem. Pisces quoq̄ qui sunt in fluuio morientur: & computrescent aque: & affligent egyptij bibentes aquā fluminis. Dixit quoq̄ dñs ad moysen: Dic ad aaron. Tolle virgam tuam & extēde manum tuam super aquas egypti & super fluuios eorum & riuos & paludes & omnes lacus aquarum ut vertantur in sanguinē: & sit cruor in omni terra egypti: tam in ligneis vasis q̄ ī saxeis. Fecerūtq̄ moyses & aaron sicut precepat dominus. Et eleuans virgā percussit[i] aquam fluminis coram pharaone & seruis eius: que[k] versa est in sanguinem: & [l] pisces qui erant in flumine mortui sunt. Computruitq̄[m] fluuius & non poterant egyptij bibere aquā fluminis: & fuit sanguis in tota terra egypti. Fecerūtq̄[n] similiter malefici egyptiorum incantationibus suis: & induratum est cor pharaonis: nec audiuit eos sicut preceperat dom̄in⁹. Auertitq̄ se & ingressus est domū suam nec apposuit cor etiam hac vice. Foderunt aūt oēs egyptij p circuitū fluminis aquam ut biberent. Non enim poterant bibere aquam fluminis. Impletiq̄[o] sunt septē dies postq̄ percussit dominus fluuiū.

VIII

Dixit[p] quoq̄ dom̄in⁹ ad moysen. Ingredē

[a] Dixit autem dominus ad moysen. Premissa regis monitione: hic consequenter describitur inflictio pene: & diuiditur in decem partes ꝑm numerum decem plagarum egyptijs inflictarum. partes patebunt prosequendo. Considerandum etiam q̄ Sap̄. vca. dicitur: Armabit creaturam ad vltionem inimicorū. & ideo iste plage inflicte sunt a deo ministerio quasi omnis generis creaturarū. scilicz quatuor elementorum: corporum celestium: hominū & angelorum: ut patebit prosequendo. Due autem prime facte sunt in elemento aque: & q̄tū ad primā premittitur cōminatio. & subditur inflictio ibi: Dixit q̄ dñs. Circa primū dr̄ sic: [b] Ingrauatū est cor pharaonis. ac si dicat. ex quo ꝓtempsit monitionē. procedendum est ad pene inflictionē. [c] Vade ad eum mane. quia illa hora homines sunt magis dispositi ad accipiendū et que rationabiliter dicūt. ut sic minus sit excusabilis pharao mandatum meum repellendo. [d] Ecce egredietur ad aquas. In egressu autem de domo regia poterat magis haberi accessus ad regem. [e] Et stabis in occursum eius. constāter & intrepide. [f] Super ripam fluminis. quia pena infligēda erat per flumen. [g] In hoc scies q̄ sim dñs. per experientiā pene inflicte a me. [b] Ecce percutiam &c. non dixit percutiā manu mea. q. illa percussio facta fuit p manum aaron sicut patz infra. cum dicit: Dic ad aaron tolle virgā tuam. Causa autem quare factum ē illud p manū aaron. supra dicta est: quia nō poterat sic haberi suspectus de arte magica ab egyptijs sicut moyses. Aliā causam assignant iudei dicētes q̄ quia moyses fuit saluatus & extractus de flumine: ideo non debuit manu propria percutere flumen conuertēdo in sanguinē. [i] Percussit aquam fluminis coram pharaone & seruis eius. ut videret q̄ pena cēt a deo inflicta eo modo quo fuerat predicta. [k] Que versa est in sanguinem. & sic pena correspondet culpe q̄ pueros extinxerat in flumine. alia enim ois carnis in sanguine est ut dicit Leuit. xvij. [l] Et pisces q̄ erāt in fluuio mortui sūt. q. nō possūt viuē ī sanguine. [m] Cōputruitq̄ fluuius. fetor enī intolerabilis exalabat inde ꝓpter mortē piscīū. [n] Fecerūtq̄ similiter malefici. Sed q̄rit vnde habuerūt aquā ꝓuertēdā ī sanguinē: dicūt hebrei q̄ nō oēs aque egypti fuerūt cōuerse ī sanguinē: ꝫ sola aqua fluminis & que inde manabat ad riuos & paludes: & q̄ inde hausta fuerat ī vasis: preter hāc aūt erant alique aq̄ fontiū in egypto que nō erāt ꝓuerse in sanguinē: & inde fuit apportata magis: sed hoc videt contrariari textui precedēti. vbi dr̄: Extende manū tuā sup aq̄s egypti &c. Et quo videt q̄ ois aqua egypti cōuersa fuit in sanguinē. Item infra dicit: Foderūt egyptij p circuitū fluminis aquā ut biberēt. nō inueniebāt tm̄ nisi sanguinē: ut dicit Josephus. Si autē habuissent fontes aquas potabiles. nō ē verisile q̄ defecissent iuxta fluuiū in sanguinē ꝓuersū. Doctores aūt nri coiter dicūt q̄ fuerit apportata de terra iessen: vbi habitabāt filij isrl: & q̄ p dicta plaga nō fuit ibi. ꝫ hoc ē ꝓtra hoc q̄ dicit hic Josephus q̄ ille fluuius ita ibi ꝓuersus fuit in sanguinē sic & alibi. & ꝫ videt verū: q. aliter egyptij q̄ cū hebreis manebūt in era iessen non fuissent afflicti illa plaga. Qr aūt egyptij manerēt cū hebreis videt ex ꝫ q̄ dicit. j. xij. ca. Qr acceperūt vasa aurea & argētea mutuo a vicinis. erat tm̄ aq̄ potabilis filijs isrl: q. stati cū hauriebant reuertebat ad nām ꝓpriā. & iō meli⁹ videt dicēdū q̄ misterio dæmonū fuit apportata ipsis magis de era que est extra erā egypti q̄ p̄ facē mira celeritate. [o] Impletiq̄ sūt septē dies. q̄⁹ durauit plaga illa anteq̄ fluuius ad nām ꝓpriā reuerteret. [p] Dixit q̄ dñs. Hic describit secūda plaga: Cap. viij. cui⁹ ꝑmittit cōminatio. secūdo subdit inflictio. ibi: Dixitq̄ dñs. & tcio eiusdē remotio. ibi: Vocauitq̄ pharao

Ritū aūt buiꝰ sacrificij ꝛ rationē ꝛ alia que ad ᵇ ptinent posui Exo. xxix. versus finem capituli: vbi eadē ſnia ponit sicut hic. excepto quod hic addit: n Nō obtulistis i mōte synai. q: ᵇ sacrificiū primo oblatū est ibi in cōsecratione sacerdotū ꝛ dedicatione altaris holocaustoꝝ: ut habet Exo. xxix. ca. o Die autē sabbati. Hic cōsequenter agit de festivitate sabbati q̄ reiterabat q̄libet ebdomada semel. fiebat aūt in memoriā beneficij creatiōis: ut habet Exo. xx. vbi dictū fuit de mō obseruandi: sed hic agit de ipso sabbato ꝗtū ad sacrificia i ipso offerēda. cum dicit. Die autē sabbati offeretis duos agnos anniculos. dicebat aūt agnꝰ anniculus post octauam diē: qz extunc poterat offerri vsq; ad cōpletionem anni. p Immaculatos. i. sine defectu mēbroꝝ. q Et duas decimas. accipit aūt hic decima. p decima parte ephi: de cuius q̄titate dictum fuit Exo. xvj. ca. in fine. r Oleo cōsperse. qz in pistatione eiꝰ admiscebat oleū. s Per singula sabbata. p hoc designat ꝙ oblatio sabbati si omitteretur nō poterat suppleri i alio sabbato sequēti. ut dicit Ra. Sa. t In holocaustum sempiternū. Ju hebreo habet: Sup holocaustū iuge. qz iuge sacrificiū de quo dictū est nō ptermittebat i sabbato, ꝓpter spāle oblationē sabbati: ꝟ eodē die fiebat sicut i alijs qz nunq; dimittebat pro quacūq; oblatione alia vel solēnitate. vnde dicit hic: Sup holocaustum iuge. i. vltra. quia illa sacrificia erāt q̄dā supaddita iugi sacrificio: ꝛ etiā qz alia sacrificia fiebant post oblationē iugis sacrificij matutini. v In calēdis. hic ꝓpter agit de festo neomenie qō reiterabat quolibet mēse. s. i nouilunio qz iudei accipiūt menses ſm lunationes: ꝛ dr neomenia a neos qō ē nouū: ꝛ mene defectus: ꝛ accipit hic ꝓpluna. Fiebat aūt hec solēnitas ꝓpter beneficiū divine gubernatiōis. sicut sabbatū ꝓpter bñficiū creationis. nō fiebat in nouilunio: qz mutatio in istis inferioribꝰ magis apparet ſm innouationē lune q̄s tēporibꝰ alijs coiter. q̄ aūt sacrificia debeant tūc offerri: ostēdit cū dr Offeretis holocaustū dño: vitulos de armēto duos. sequit: p Et tres deci. si. oleo cōsper. ꝛc] Dicūt aliq̄ ꝙ vituli debēbāt esse trimi. i. triū annoꝝ. iō cū q̄libet offerebāt tres decime simile: arietes bini: ꝛ iō cū quolibet offerebant due decime simile: agni vero q̄ erant anniculi habebāt vnā decimā trīs: ꝛ hoc est qō dicit: y Et decimā decime ꝛc. i. vnā decimā ephi: q̄ ē decima ps chori. z Libamēta aūt. oblationes de liq̄dis libamēta dicuntur. a Media pars hin p singulos vitulos. de q̄titate buiꝰ mēsure dictū fuit Exo. xxix. b Hocerit holocaustū p cōs menses. qz

non poterat pretermitti predictū sacrificium in principio mensis siue lunationis: quod idem est apud hebreos: & si pretermitteretur non poterat suppleri in alio mense sicut dictum est de oblatione sabbati. a Hircus quoq; offeretur domino pro peccatis. hebrei dicūt: pro expiatione. & idem redit. Notandum tamen q occasione hui⁹ quod dicitur hic: Domino, & nō dicitur in alijs hircis sequentib⁹ qui offerri iubentur, p peccato: ut patet in textu: dicunt hebrei q habetur in talmud q iste hircus qui offerebatur in neomenia erat, p expiatione ipsi⁹ dei eo q minorauit lunam. Ad cuius intellectum sciēdum q ex hoc quod dicit Beñ. j. ca. Fecit deus duo luminaria magna, dicunt hebrei q sol & luna in principio siue formatiōis fuerūt equales in lumine: & q luna voluit habere singularem gloriā. suggessit ipsi deo: ut minueret lumen solis: propter qđ deus motus contra lunam minorauit lumē eius: tamen ad pacificandum lunā de diminutione sui luminis fecit stellas: & dedit ei in obsequium ad illuminādū noctem cum ea: & sic exponūt quod subdit ibidē: Luminare minus ut preesset nocti. Et stellas: & posuit eas tē. verūtamen q luna non fuit per hoc pacificata: dixit deus: offerte pro me expiationem: quia minorauit lunam. Ex quo patet iudeorum cecitas imo insania: qui credunt deū indiguisse expiatione & peccasse. vnde & Ra. Sa. licz predictam expositionem non reprobet: tamen cum ipsa dat aliam expositionem dicens q in oblatione huius hirci dicitur: Domino, ad designandum q ille hircus oblatus pro peccatis expiabat illa peccata: quorum solus deus erat conscius: & simile iudicium habendum est de alijs hircis sequentibus: propter qđ non repetitur in eis: domino: quia sufficit q ponatur in principio. b In holocaustum sempiternum. In hebreo habet: Super iuge holocaustum, quia illud non dimittitur propter ista q̄ fiebant in neomenia que erant quedam superaddita iugi sacrificio. c Mense autem primo. Hic consequenter agitur de solēnitatibus que fiebant semel in anno tm̄. & primo de illis que fiebant in vere, secundo de his que fiebant in autumno. xxix. ca. In vere autē fiebant duo festa scilicet pasca & pentecostes. Primo ergo agit de pascate. cum dicitur: Mense autē primo, scilicet in martio: verūtamen mensis martius apud hebreos aliquādo cōcurrit cum aprili nostro: quia computant menses per lunationes: annus autem solaris continet. xij. lunationes & xj. dies. propter quod in tertio anno iudei vltra. xij. lunationes cuiuslibet anni habent. xxxij. dies de quibus accipiunt. xxx. pro vno mense: & sic habent. xij. menses: propter quod apud eos februarius qui vocatur adar duplicatur: & tunc martius eorum qui vocatur nisan concurrit fere totaliter cum aprili nostro. d Quartadecima die mensis phase domini erit. id est imolatio agni paschalis de cuius immolatione & ritu dictum fuit Exo. xij. capitulo. e Et q̄ntadecima die solēnitas. que incipiebat a vespere precedentis diei in qua imolabatur agnus. Fiebat autem hec solēnitas in memoriam beneficij eductionis filiorum israel de egypto que fuit. xv. die primi mensis: ut habetur Exo. xij. f Omne opus seruile non facietis in ea. dicit autē seruile: quia illa que pertinebant ad cibum illius diei poterāt p̄parari, ut hī Exo. xij. Nichil operis facietis in eis: exceptis his que ad vescendum pertinent. & loquit de p̄ma die hui⁹ solēnitatis & septima: ut patet ibidem. g Offeretisq; incensum holocaustum domino. incensum nō accipit hic pro thymiamate: sed p crematione holocausti: quod ē sacrificiū totaliter incensū ad honorem diuinū & ideo li incensū est hic adiectiuū huius nominis substantiui holocaustum. Cetera patent ex p̄dictis vsq; ibi: b Dies quoq; septim⁹ celeberrimus tē. per hoc nō est intelligendū q esset celebrior primo: sed diebus intermedijs in quib⁹ nō solum erat licitū coquere cibaria sed etiam facere aliqua alia opera que nō erāt licita p̄mo die & septimo i Dies etiam primitiuorum. Hic consequenter agitur de solēnitate pentecostes. cum dicitur: Dies etiam primitiuo⁹. in pascate enim bene offerebantur primitiua de granis: sed in pentecoste offerebantur primitiua de nouis frugibus. s. duo panes de nouo frumento. k Expletis ebdomadib⁹. quia a die crastina pasce numerabantur septem ebdomade plene: ut dictum fuit Leuit. xxiij. ca. que faciunt. xlix. dies: & in quinquagesima die fiebat dicta solēnitas in memoria dationis legis: que fuit data in quinquagesima die a die exitus de egypto exclusiue: ut dictum fuit Exo. xix. ca. l Omne opus seruile non facietis in ea. exponatur sicut prius. m Preter holocaustū sempiternum. i. iuge sacrificium quod nunq̄ pretermittebat. Cetera patent ex dictis. n Cap. xxix.

qui sibi anno vertēte succedūt Hircus quoq; offeret dño pro peccat in holocaustū sempiternū cū libamētis suis. Mense autē primo quartadecima die mensis: phase dñi erit: & q̄ntadecima die solēnitas. Septē diebus vescent azimis: quarū dies p̄ma venerabilis & sancta erit. Omne opus seruile nō facietis in ea. Offeretisq; incensum holocaustū dño vitulos de armento duos: arietē vnū: agnos anniculos imaculatos septē: & sacrificia singulo⁹ ex simila que cōsparsa sit oleo: tres decimas p singulos vitulos: & duas decimas p arietē: & decimā decime p agnos singulos. i. p septem agnos: & hircum pro peccato vnū ut expiet p vobis pter holocaustū matutinū qđ semp offeretis. Ita facietis per singulos dies septē diebus in fomitē ignis & in odorē suauissimū dño: qui surget de holocausto & de libationib⁹ singulo⁹. Dies quoq; septimus celeberrim⁹ & scūs erit vobis. Omne opus seruile non facietis in eo. Dies etiam primitiuo⁹ qñ offeret nouas fruges dño expletis ebdomadibus: venerabilis & sancta erit. Omne opus seruile non facietis in ea. Offeretisq; holocaustū in odorem suauissimū dño: vitulos de armēto duos: arietē vnū: agnos anniculos imaculatos septem: atq; in sacrificijs eorum simile oleo conspersa de tres decimas p singulos vitulos: p arietes duas: p agnos decimā decime: q̄ simul sunt agni septē: hircum quoq; q̄ mactat, p expiatione: preter holocaustū sempiternū & libamina eius. Immaculata offeretis omnia cū libationib⁹ suis.

XXIX

Ensis etiā septimi p̄ma dies venerabilis & sancta erit vobis. Omne opus seruile non facietis in ea: quia dies clangoris est & tubarum. Offeretisq; holocaustum in odorē suauissimū dño

causa. quia iste clangor erat q̄si quedam renunciatio solēnitatum sequentiū: ut se homines ad illas prepararēt a Vitulum de armento vnum. in memoriā vitule īmolate ab abrahā Gen. xv. b Arietem vnum. i memoriam arietis īmolati ꝓ isaac. c Agnos anniculos īmmaculatos septem. pro multitudine filioꝝ israel que septenario numero designat. d Preter holocaustū calendarū. quod offerebat in festo neomenie: quia non ꝓtermittebat ꝓpter istud sacrificiū: quod eadem die offerebatur: neomenia enim mensis septimi & festū tubarū eadē die fiebant. e Et holocaustū sempiternum. i. iuge sacrificiū quod similiē non ꝓtermittebat. f Decima q̄. hic consequenter agit de festo expiationis quod fiebat in memoriā illius beneficij q̄ dñs fuit placatus super fabricatione vituli. quod fuit decima die septembris. g Et affligetis animas vestras. ꝓ expiatione dicti peccati. Cetera patent ex dictis vsq; ibi: b Absq; his q̄ offerri pro delicto solent: quia preter istū bircū ꝓ peccato oblatum offerebat etiam vitulus cuius sanguis iferebatur intra sanctum sanctorum: & alius bircus super quem sacerdos confitebatur peccata populi: & sic emittebat in desertū: ut habet Leuit. xvj. i Et holocaustum sempiternū. i. iuge sacrificiū. k Quintadecima vero die. hic consequenter agit de festo tabernaculoꝝ qō agebat. xv. die mensis septimi. in

vitulum a de armento vnum & arietem b vnum & agnos c anniculos īmaculatos septem: & in sacrificijs eorum simile oleo cōsperse tres decimas per singulos vitulos: duas decimas per arietem: vnam decimā ꝓ agnū qui simul sunt agni septem: & bircū pro peccato qui offert in expiatione populi preter holocaustum d calendarum cum sacrificijs suis: & e holocaustum sempiternum cum libationib⁹ solitis. His idem cerimonijs offeretis in odorem suauissimum incensum dño. Decima f quoq; dies mensis huius septimi erit vobis sancta atq; venerabilis: & g affligetis aīas vestras. Omne opus seruile non facietis in ea. Offeretisq; holocaustum dño in odorem suauissimū: vitulum de armento vnum: arietem vnum: agnos anniculos īmaculatos septem: & in sacrificijs eorum simile oleo cōsperse tres decimas per singulos vitulos: duas decimas per arietē decimam decime per agnos singulos: qui sūt simul agni septē & bircū pro peccato absq; h bis que offerri pro delicto solent in expiatione: & i holocaustū sempiternū in sacrificio & libaminibus eorum. Quintadecima k vero die mensis septimi que vobis sancta erit atq; venerabilis: omne opus seruile non facietis in ea: sed celebrabitis solēnitatē dño septem diebus. Offeretisq; l holocaustum in odorem suauissimū dño: vitulos de armento tredecim: arietes duos: agnos m anniculos īmaculatos quatuordecim: & in libamētis eorum simile oleo cōsperse tres decimas per vitulos singulos: qui sunt simul vituli tredecim: & duas decimas arieti vno. i. simul arietibus duob⁹ & decimā decime agnis singulis qui sūt simul agni quatuordecim: & bircū ꝓ peccato absq; holocausto sempiterno & sacrificio & libamine ei⁹. In die altero offerēt vitulos de armēto duodecī: arietes duos: agnos anniculos īmaculatos quatuordecim: sacrificiaq; & libamina singulorū per vitulos & arietes & agnos rite celebrabitis: & bircum pro peccato absq; holocausto sempiterno sacrificioq; & libamine ei⁹. Die tertio offeretis vitulos vndecī: arietes duos: agnos anniculos īmaculatos quatuordecim: sacrificiaq; & libamina singulorū per vitulos & arietes & agnos rite celebrabitis: & bircum ꝓ peccato: absq; holocausto sempiterno sacrificioq; & libamine eius Die quarto offeret vitulos decem: arietes duos: agnos anniculos īmaculatos quatuordecim: sacrificiaq; & libamina singulorum per vitulos & arietes & agnos rite celebrabitis: & bircum pro peccato: absq; holocausto sempitino: sacrificioq; eius & libamine. Die quinto offeretis vitulos nouem: arietes duos: agnos n anniculos īmaculatos quatuordecim sacrificiaq; & libamina singulorum ꝓ vitulos & arietes & agnos rite celebrabitis: & bircum ꝓ peccato absq; holocausto sempiterno: sacrificioq; eius & libamine. Die sexto offeretis vitulos octo: arietes duos: agnos anniculos īmaculatos quatuordecim: sacrificiaq; & libamina singulorum per vitulos & arietes & agnos rite celebrabitis: & bircum pro peccato: absq; holocausto sempitino sacrificioq; eius & libamine. Die septimo offeretis vitulos septem & arietes duos: agnos anniculos īmaculatos quatuordecim: sacrificiaq; & libamina singulorū ꝓ vitulos & arietes & agnos rite celebrabitis: & bircū ꝓ peccato absq; holocausto sempitino: sacrificioq; ei⁹ & libamine.

memoriā illi⁹ bñficij q̄ de⁹ fecit habitare filios israel longo tempore in deserto: que ē terra sterilis: & tamē conuenienter prouidit eis de necessarijs: non solum quo ad cibū: sed etiā q̄tum ad vmbraculū nubis cōtra estū: & inde deduxit eos ad terrā fertilē & fructuosam: in cuius signū in hoc festo debebant habere fructus arboris pulcherrime: ut habetur Leuit. xxiij. vbi de hac solēnitate & alijs precedentibus dictū fuit: propē quod breuius hic transiui: maxime q̄ hic repetunt iste solēnitates ratione sacrificioꝝ que fiebant in illis q̄ non fuerunt alibi ad plenum explicata. & ideo de sacrificijs huius solēnitatis subditur: l Offeretisq; holocaustum in odorē suauissimū dño vitulos de armento. xiij. Dicunt hebrei ꝙ offerebantur pro gentibus alijs: & ideo in vniuerso offerebant. lxx. vituli ꝓm numerum. lxx. gentiū in. lxx. linguis distinctarū. offerebātur aūt prima die. xiij. vituli & secūda die. xij. & sic diminuēdo semp vnū vsq; ad vltimum diē inclusiue: ut patet in littera: per quod designabatur ut dicunt ꝙ dominium gentium esset diminuendum & terminandum sub rege messia cuius dominio erāt subdende oēs gentes: quod ipsi expectāt futurum: sicut & messiam suum. quod tamen in xp̄o ꝓm veritatem est impletum ꝓm ꝙ dicitur Matth. vltimo: Data est mihi omis ptās nē. auctoritatiue q̄tum ad oēs executiue q̄tū ad catholicos principes: quorum colla in multis partibus orbis iugo xp̄i sunt subdita: & finaliter omnes gētes ei subdentur. m Agnos anniculos immaculatos. xiij. dicunt hebrei ꝙ offerebantur pro populo israel qui in scriptura aliquando vocatur agnus: & erant in vniuerso nonagintaocto agni: ut a populo israel excluderent nonagintaocto maledictiones posite in lege ꝓ trāsgressores. Cetera hucusq; patēt ex predictis.

a Die octauo. Hic agit̃ de festo cetus uel collecte qđ celebrabat̃ imediate post festũ tabernaculoꝝ: ut patet in lrã cum dicit̃; Die octauo qui est celeberrim⁹. Jn hebreo habet̃: Qui est retentio. qz illa die retinebat̃ populus q̃ uenerat ad festũ tabernaculoꝝ: nec licitũ erat eis illa die recedere: tum rõne festi: tũ qz illa die colligebat̃ pecunia a populo ꝓ sacrificijs ⁊ necessarijs tabernaculi ⁊ templi: ꝓ tpe quo fuit templũ. b Vitulũ vnũ: arietẽ vnũ ⁊c. nõ enĩ fiebant tot sacrificia in hac die sicut in ꝓcedẽtib⁹: tum qz illa die colligebat̃ pecunia ꝓ sacrificijs tot⁹ anni q̃ fiebãt ex sumptibus populi. ⁊ sic quodãmodo reputabant̃ sacrificia illius diei: tum qz illi q̃ erãt ex longe nec poterãt frequenter ad templũ venire sacrificia ⁊ oblationes q̃ p annum vouerãt ista die soluebant. iõ subdit̃: c Nec offeretis dño ĩ solẽnitatib⁹ vestris. ⁊ loquit̃ de sacrificijs oblatis in omnib⁹ solẽnitatib⁹ ꝑdictis. d Preter vota ⁊ oblationes ⁊c. que offerebant̃ maxime die ista, ut dictũ est. Ratio autem quare de animalib⁹ ꝑdictis. s. vitulis arietib⁹ ⁊ hircis plus ꝙ̃ de alijs specieb⁹ aialium fiebãt sacrificia. posita fuit in ꝓncipio Leuit. ⁊ Beñ. xv. ca. Cetera patẽt ex ꝑdictis. e Cap. xxx. Arrauit ꝙ̃ moyses. Hic consequenter agit̃ de ordinatiõe populi ad dei: ꝙ̃tũ ad ea in quib⁹ astringebatur ꝓpria uolũtate: cuius modi sunt uota: qz licet uouere sit uolũtariũ: reddere tñ uotũ iã factũ est necessariũ. Et diuidit̃ in q̃tuor partes ꝑm q̃tuor modos ꝓsonarũ vouentiũ. Primus modus ē uiroꝝ. q̃ notat̃ cũ dicit̃: f Si qs vi. w. dño voue. aut se cõstrin. iuramento. qz vtrũq; ē obligatoriũ: votũ tñ magis. cui⁹ rõ est: qz obligatio voti causat̃ ex fidelitate quã debemus deo: ad quã requirit̃ q̃ ei ꝓmissũ soluam⁹: obligatio aũt iuramẽti causat̃ ex reuerẽtia quã debemus ei: ex q̃ tenemur q̃ verificem⁹ id qđ ꝓ nomen eius ꝓmittim⁹: ois aũt infidelitas irreuerẽtiã cõtinet: sed nõ ecõtra vnde ⁊ infidelitas serui ad dñm videt̃ ee maxima irreuerẽtia ad ipsũ: ⁊ iõ votũ ex sua ratione magis ē obligatoriũ ꝙ̃ iuramentũ. g Omne qđ ꝓmisit implebit. dũ tñ sit de licita ⁊ bona: quia alit̃ nõ esset votũ. Sciendũ tñ q̃ ista lex nõ intelligit̃ de quocũq; viro generalit̃: qz nulli⁹ põt implere ꝓmissũ de re que pẽdet ex voluntate alteri⁹ sine ei⁹ cõsensu: alit̃ fieret iniuria: ⁊ iõ religiosus sine ꝓsensu ꝓlati sui nõ põt uouere uel votũ adiplere. Similit̃ seruus nõ põt aliq̃d uouere uel implere ꝙ̃ qđ ipediat̃ opus sui dñi. Similit̃ nec filiusfamilias de reb⁹ ꝓris sui. si tñ ad annos pubertatis uenerit põt uouere religionis ingressũ: sicut ⁊ matrimoniũ

Die octauo q̃ est celeberrim⁹ nõ opus seruile nõ facietis offerẽtes holocaustũ in odorem suauissimũ dño: vitulũ vnũ: arietẽ vnũ: agnos anniculos immaculatos septem: sacrificiaq; ⁊ libamina singulorum per vitulos ⁊ arietes ⁊ agnos rite celebrabitis: ⁊ hircum ꝓ peccato absq; holocausto sempiterno sacrificioq; ei⁹ ⁊ libamine. Hec offeretis dño in solẽnitatibus vestris: ꝓter vota ⁊ oblationes spontaneas in holocausto in sacrificio: in libamine: ⁊ in hostijs pacificis. xxx

Arrauitq; moyses filijs israel omnia q̃ ei dñs imperarat: ⁊ locutus est ad ꝓncipes tribuũ filiorum israel. Jste est sermo quẽ ꝓcepit dñs: Si quis virozũ votum dño vouerit: aut se constrinxerit iuramento: non faciet irritũ verbũ suũ sed omne quod ꝓmisit implebit. Mulier si quippiam vouerit ⁊ se cõstrinxerit iuramento que est in domo patris sui ⁊ ĩ etate adhuc puellari: si cognouerit pat̃ votum quod pollicita est: ⁊ iuramentũ quo obligauit animam suam ⁊ tacuerit: voti rea erit. Quicqđ pollicita est ⁊ iurauit opere complebit. Sin autẽ statim ut audierit cõtradixerit pater: ⁊ vota ⁊ iuramenta ei⁹ irrita erunt: nec obnoxia tenebit sponsioni eo q̃ cõtradixerit pater. Si maritũ habuerit ⁊ vouerit aliquid: ⁊ semel de ore ei⁹ verbũ egrediens: animã eius obligauerit iuramẽto: quo die audierit vir ⁊ non cõtradixerit voti rea erit: reddetq; qđcũq; ꝓmiserat. Sin aũt audiẽs statim contradixerit: ⁊ irritas fecerit pollicitationes eius: verbaq; quib⁹ obstrinxerat aiam suã: ꝓpitius erit ei dñs. Vidua ⁊ repudiata: quicqđ⁹ vouerint reddent. Uxor ĩ domo viri cum se voto constrinxerit ⁊ iuramento: si audierit vir ⁊ tacuerit nec cõtradixerit sponsioni reddet quodcũq; ꝓmiserat. Sin autem extemplo contradixerit: nõ tenebitur ꝓmissionis rea: quia maritus contradixit: ⁊ dñs ei ꝓpitius erit. Si vouerit ⁊ iuramento se cõstrinxerit: ut per ieiunium uel ceterarum rerum abstinentiã affligat animã suam: in arbitrio viri erit si faciat sine nõ faciat. Qđ si audiens vir tacuerit: ⁊ in alteram diem distulerit sententiã: quicqđ vouerat atq; ꝓmiserat reddet: quia statim ut audiuit tacuit. Sin aũt cõtradixerit postq; resciuit: portabit ipse iniq̃tatẽ ei⁹. Jste sũt leges quas cõstituit dñs moysi inter virũ ⁊ vxorẽ: inter patrẽ ⁊ filiã q̃ in puellari adhuc etate est: uel q̃ manet in parentis

Jxere: qz extunc ē sui iuris in his q̃ ꝓtinent ad ꝓsonã suã. ⁊ eadẽ rõne vir alligat⁹ vxori nõ põt uouere aliq̃d ꝓ qđ impediat̃ reddere debitũ vxori sue sine ei⁹ cõsensu: qz ꝙ̃tũ ad hoc nõ bz potestatẽ corporis sui ꝑ mulier. h Mulier si q̃ppiã vouerit. Hic ponit̃ secundus modus: videlz ꝙ̃tũ ad votum puellarũ: q̃ sunt in domo paterna nec ĩtelligit̃ ista lex de puellis que nõ attigerũt annos discretionis qz ille nõ possunt uouere. nec etiã de illis q̃ sũt maritate: licet adhuc maneãt cũ patre qz sũt emãcipate ꝑ de illis que attigerunt annos discretionis: nec sũt maritate viro seu affidate: ⁊ ⁊ iõ sunt simplicit̃ sub cura ꝓris ⁊ ille nõ possunt aliq̃d uouere qđ sit stabile seu obligatoriũ absq; consensu patris expresso uel tacito: ⁊ ꝙ̃tũ ad hoc subdit̃: i Si cognouerit pat̃ votũ ⁊c. ⁊ tacuerit. qz in tali casu consensisse intelligit̃. põt tamen facere votũ de ingressu religionis uel de cõtinentia seruãda sic etiã ꝓtrahere mrimoniũ absq; consensu patris: qz talia pertinẽt ad ꝓsonã ꝓpriã: secus autem est de reb⁹ paternis. k Si maritũ habuerit. Hic ponit̃ tertius modus: videlicz de puellis q̃ sunt in domo ꝓris ⁊ sunt viro affidate: qz votum earũ põt irritari ꝑ patrẽ inq̃tũ sunt in cura ei⁹: ⁊ etiã ꝑ maritũ: inq̃tũ iã tradiderunt ei fidẽ: ⁊ sic exponũt hebrei legẽ istã: qz de istis mulieribus q̃ sunt totalit̃ in cura mariti postea datur alia lex: ut videbit̃. l Vidua ⁊ repudiata. Hic ponitur quartus modus. s. mulierũ solutarũ a lege viri. ita q̃ sũt sui iuris: ⁊ de talibus dicitur: m Quicquid vouerint reddent. sicut de viris dictum est supra. Si tamen sint religiose uel serue. non habet locum: ut dictum est supra de viris seruis ⁊ religiosis. n Uxor in domo viri. Hic ponitur quintus modus. s. mulierum que sunt extra curam patris: ⁊ sunt totaliter sub cura mariti: ⁊ de talibus dicit̃ hic q̃ votũ earũ nõ est obligatoriũ absq; cõsensu mariti tacito uel expresso. o Sin aũt dixerit postq; resciuit. i. non statim q̃n ꝓmo sciuit: ꝑ postea. p Portabit ipse iniq̃tatẽ ei⁹. qz si impediet eã ab impletione voti: ipsa erit libera faciẽdo quod in se ē: ⁊ ipse portabit penam debitam ꝓ transgressione voti.

Locutusq; est dñs. Precepta madianitarū punitione in fine.xxv.ca.ꝛ interposita ꝑpīi reordinatione in alijs capitulis sequentibus. hic consequenter ponit executio dicte punitiōis.ꝛ diuidit i duas partes.s.i partē principalē ꝛ incidentalē.xxxij.ca. Circa primū premittit apparat⁹ pugne. secundo subditur obtentus victorie.ibi: Cumq; pugnassent. tertio ordinatio prede.ibi: Ceperūtq; mulieres. Circa primum ostenditur bellū iustū ex diuino ꝓcepto.cū dr: Locutusq; ē dñs ad ē. de madianitis, ꝛ non dicit de moabitis, cuius causa superius fuit expssa.xxv.ca. in fi.

b Et sic colligeris ad populū tuū .i. ad limbū sanctoꝝ patrum

c Statimq; moyses armate inquit ē.ex quo patet fidelitas ꝛ obedientia moysi ad ē: qz audierat dilationē mortis sue vsq; ad interfectionē madianitarum: ꝛ tamē non propter hoc distulit pugnā cōtra eos sed magis accelerauit.

d Qui possint vltionē ē.] in q̄ apparet etiā iusticia belli: quia madianite nō solum fecerant cōtra filios israel: sed etiā ꝺ deum: quia scienꝫ ꝛ a proposito ꝓuocauerunt filios israel ad idolatriā: ut dictū fuit supra.xxv.ca.

e Mille viri de singulis tribubus ē. non misit magnum numerū pugnatorum: ut victoria manifestius deo attribueret.

f Quos misit moyses cū phinees filio eleaçari. ipsum autē fecit ducē exercit⁹: eo ꝙ iam ante çelo dei ductus inceperat punitionem interficiendo principem tribus symeon cū muliere madianitide: ut dictum fuit supra.xxv.ca.

g Vasaq; sancta. dicunt hebrei ꝙ ista vasa fuerunt arca ꝛ lamina sancta.

h Et tubas ad clangendum. in signum victorie a deo obtinende.

i Cumq; pugnassent. hic ponit obtentus victorie que ſm hebreos fuit a deo manifeste qz eleuata lamina sancta in altū exercitus madianitarū q̄ erat valde magnus fuit excecatus ꝛ cadebāt ad terrā coꝝ filijs israel. vñ in hebreo br̄: Reges eoꝝ occiderūt sup interfectos.i. super ꝓstratos diuina virtute: ut ipsi exponunt.

k Balaam quoq; filiū beor interfecerūt gladio.s.cū madianitis: erat enim de populo illo: ut dicūt alij. Alij aūt dicūt ꝙ de terra sua ad quam iuerat post recessum a balac redijt ad madianitas imminente bello eoꝝ cōtra filios israel ut malediceret exercitui isrl̄. ꝛ sic vinceret ꝛ ipse reportaret lucrū a madianitis. Sciendū aūt ꝙ iustū bellū inuenit motū in sacra scriptura a pluribus causis. vna ē cōtra terrā in qua deus blasphemat ꝓ idolatriam: ut patet Deut⁹. xij. Subuertite oīa loca in quib⁹ coluerunt gentes quas possederis vos deos suos. secūda si a dei cultu recedat. Deut⁹. xiij. Si audieris in vna vrbiū tuarū dicētes alīq; ē. tertia si fidelitas tēporalis dñi neglegat. iiij. Reg. xij. de ioram ꝛ iosaphat q̄ mouerūt bellū ꝺ regē moab. quarta si rebellio moueat. ij. Reg. xx. ꝓtra sibā filiū bochri. q̄nta si malefactor defendat. Judic. xx. de bello moto ꝺ gabaa. sexta si iniuria publica ꝓncipi irrogatur. ij. Reg. x. de bello dauid ꝺ regē ammon q̄ fecit radi barbas nuncijs dauid in cōtēptū ei⁹. septima si ꝓpria res repetat. ij. Reg. iij. ca. de bello dauid ꝺ isbosetb. repetendo regnū quod sibi datū erat a deo. octaua ut hostis repellat ij. Reg. viij. de bello dauid ꝺ philisteos. nona ut hostis isurgēs in suis ꝓprijs opprimat. Nume. xxj. de bello filioꝝ israel ꝺ seon ꝛ ꝺ og reges āmorreoꝝ. decima ꝺ illū ꝙ quē hostis roboraſ. ij. Reg. viij. de bello dauid ꝺ syriā damasci: eo ꝙ ferebat auxiliū adadeser. undecima ut amicus ab hostib⁹ eripiatur Esī. xiiij. de bello abdalx ꝺ reges q̄ captiuauerant lotb nepotē suū. duodecima si tyrānis a pīsidēre exerceat. j. Macbab. de bello machabeoꝝ ꝺ antiochū illustre. Sciendū etiam ꝙ aliqñ in bello iubentur interfici etiā paruuli ꝓpter enormitatē criminis: ut in ꝓcato sodomie Judicū xx.ca. ꝛ idē factū ē de sodomis a deo subuersis vbi ꝑierūt paruuli. ꝛ in ꝓcato apostasie: Deut⁹. xiij.ca.

l Ceperūtq; hic ꝓfiter describit ipsa ꝑda. ꝛ primo ponit ꝑde reportatio. 2°. ei⁹ diuiſio. ibi: Egressi sunt aūt. Circa primū dicit. Ceperūtq; mulieres eoꝝ ꝛ paruulos. psone enī humane sunt illa que sunt ꝓncipalia in ꝑda.

m Et adduxerūt ad moysen. oīa fideliter apportantes nihil abscōdentes uel celantes sicut fecit achan: ut habet Josue. vij.

n Egressi sunt. hic consequenter ponit ꝑde diuiſio cuius una pars erat exterminānda: de qua ꝓmo agit. cū dicit: o Cur feminas reseruastis? quasi diceret.nō est bene factum.cuius causa subdit: p Nonne iste sunt que decerpunt filios israel. de qua receptione fuit dictū supra. xxv. capitulo.

q Ergo cunctos interficite ē.] in detestationē criminis patrū quos filij israel non impetebant: ꝛ tamē valde hostiliter egerunt ꝓtra eos: ut dictū fuit ꝺ.xxv.ca.

r Et mulier. q̄ no. vi. i coitu. qz nesciebāt distinguere eas q̄ ꝓuocauerūt filios israel ad luxuriā ꝛ idolatriā: ꝛ etiā qz ille q̄ nō venerūt ad ꝓuocandum in ꝓpria ꝑsona: tamen cooperate sunt vocando eas que venerunt de modo recipiēdi ꝛ ornando eas ornamentis suis ut facilius filios israel ꝓuocarent. Dicit aūt Ra. Sa. ꝙ faciebāt mulieres trāsire añ archā dñi: ꝛ tūc ex signo a deo dato cognoscebāt q̄ erāt virgines ꝛ q̄ nō.

s Et ma. ex ca. septē dieb⁹. qz erāt cōtaminati ex contactu mortuoꝝ quos occiderāt: ꝛ quoꝝ spolia acceperant: ꝛ iō nō debebāt ingredi atriū tabernaculi donec essent mūdati aq̄ lustrationis tertia die ꝛ septima: ut dictum est supra.xix. capitulo. Et accipiunt hic castra ipsi⁹ ciuitatis sicut dictū est ꝺ.v.ca.

t Et de omni preda. Hic secundo agit de parte prede reseruata.

xxxi

Locutusq; est dñs ad moysen dicēs: Ulciscere ꝑ filios israel de madianitis: ꝛ sic colligeris ad populū tuū. Statimq; moyses armate inquit ex vobis viros ad pugnā q̄ possint vltionē dñi expetere de madianitis.] Mille viri de singulis tribubus eligāt ex israel q̄ mittant ad bellū. Dederūtq; millenos de singulis tribubus .i. duodecim milia expeditoꝝ ad pugnā: quos misit moyses cū phinees filio eleaçari sacerdotis: vasaq; sancta ꝛ tubas ad clangēdū tradidit ei. Cūq; pugnassent ꝺ madianitas atq; vicissent: cēs mares occiderūt ꝛ reges eoꝝ evi ꝛ recem ꝛ sur ꝛ vr ꝛ rebe q̄nq; ꝓncipes gentis: balaam quoq; filium beor interfecerunt gladio: ceperuntq; mulieres eoꝝ ꝛ paruulos: oīaq; pecora ꝛ cuncta supellectilē. Quicqd habere poterāt de populati sunt: tā vrbes q̄ viculos: ꝛ castella flāma cōsumpsit. Et tulerūt ꝑdā ꝛ vniuersa q̄ ceperāt tā ex hominib⁹ q̄ ex iumētis: ꝛ adduxerūt ad moysen ꝛ eleazarū sacerdotē: ꝛ ad omnē multitudinē filioꝝ israel Reliqua aūt vtensilia portauerūt ad castra i cāpestri⁹ moab iuxta iordanē ꝺ iericho. Egressi sunt aūt moyses ꝛ eleaçar sacerdos ꝛ omnes ꝓcipes synagoge in occursum eoꝝ extra castra. Iratusq; moyses ꝓncipibus exercitus tribunis ꝛ centurionibus qui venerāt de bello ait: Cur feminas reseruastis? Nōne iste sunt q̄ decerpserūt filios israel ad suggestionē balaā ꝛ ꝓuaricari vos fecerūt in dño sup peccato phogor: vñ ꝛ pcussus est populus? Ergo cūctos interficite: q̄cq̄d ē generis masculini etiā i paruulis] ꝛ mulieres que nouerūt viros in coitu iugulate: puellas aūt ꝛ cēs feminas virgines reseruate vobis: ꝛ manete ex castra septem diebus. Qui occiderit hominē uel occisum tetigerit: lustrabit⁹ die tertio ꝛ septimo. Et de oī preda siue vestimentū fuerit siue vas ꝛ aliquid in vtensilia preparatum de caprarum pellibus ꝛ pilis ꝛ ligno expiabitur. Eleaçar q̄q; sacerdos ad viros

7 primo q̄tum ad eius purgationem que facta est per talem modum: videlicet q illa que poterant sustinere ignem absq; sui corruptione igne purgabantur: que autem sustinere non poterant aqua expiationis purgabant: de qua purgatione s. dictū est. xix. ca. 7 patet littera vsq; ibi: a Postea castra intrabitis. s. atriū tabernaculi: qđ vocatur castrum veritatis: ut dictum est s. v. ca.

b Dixit quoq; dñs. Hic secundo agit de preda reseruata q̄tū ad eius diuisionem: 7 p̄mo q̄tū ad diuisionē q̄ fiebat ex debito. secundo q̄tū ad illā que facta est ex bñplacito. ibi: Cūq; accessissent. Circa primū sciendū q p̄da ex debito dividenda erat tm̄ de viuētib⁹: 7 hoc notat cū dr̄: c Tolle summā eor q̄ capta sūt 7c.] 7 ista p̄da dividebat in duas partes equales. vna erat pugnator q̄ fuerāt i prelio: 7 alia reliqua multitudinis: 7 hoc notat cū dr̄: d Dividesq; ex equo p̄dā 7c. 7 q h̄ sit sntia p3 ex lrā hebraica q̄ sic h3: Et medias p̄dā int magistros belli 7 totā multitudinē. q: magistri belli medietatē eis assignatā dividebant pugnatoribus: iterū q̄libet medietas dividebat in duas partes equales quia de medietate pugnatorum separabat p̄s q̄nquagesima dño 7 dabat eleazaro sacerdoti. 7 h̄ est qđ dr̄: e Et separabis partē dño. Jn hebreo hr̄. Separabis solutionē dño. ex quo p3 q illa pars saparabat de p̄te bellator ex debito. f Vnā animā de quingētis. i. vnum indiuiduū: q: ibi accipit aia p toto cōposito. g Tam ex hominib⁹. i. ex virginib⁹ q̄ fuerūt reseruate: ut p̄dictū ē Homo enī est cōmunis generis: 7 p̄t accipi p masculo 7 p femina. h Et dabis eā eleazaro sacerdoti. q: primitie dñi sūt. de acquisitis iure belli. 7 ideo cedebant in vsū sacerdotis sicut primitie fructuū 7 animaliū. i Ex media q̄ 7c. Hic p̄it agit de medietate q̄ erat relique multitudinis cui⁹ q̄nquagesimū indiuiduū debebat tradi leuitis q̄ seruiebāt in tabernaculo. Cetera patēt in lrā. k Cūq; accessissent. Hic agit de diuisiōe p̄de p̄dicta facta ex beneplacito seu deuotiōe: p̄cipes enī exercitus in reditu de bello sicut p̄suetū est numerauerūt bellatores suos 7 inuenerūt eundem numerū q̄ erat ante belli cōgressū q: nullus cecidérat in p̄lio: propter qđ moti deuotione obtulerūt dño omne aurū quod rapuerāt in p̄da ad faciendū vasa q̄ erāt necessaria in tabernaculo: 7 patet lrā vsq; ibi: l Periscelides. ornamēta sūt mulierū in vestib⁹ circa renes: 7 dr̄ periscelis a peri quod est circū: 7 celeq̄ est curuū m Et armillas. ornamenta sūt circa scapulas. dicta ab armo. n Anulos. ornamenta sunt digitorum. o Dextralia brachior. p Murenulas. ornamenta sūt circa colla mulier. q Vnusq̄sq; enī qđ in p̄da raperat suū erat. s. de inanimatis 7 iō quod vederūt inde nō fuit ex debito ꝫ ex deuotiōe eo q dñs eos reduxerat saluos de p̄lio.

r Cap. xxxij

Jlij aūt ruben. Hec est pars incidēralis q: sic p3 ex p̄cedētib⁹ ēra quam occupauerūt filij isr̄ añq; venerūt ad iordanē q ē termin⁹ ēre p. missionis ex illa parte: put p3 in multis loc de te. nō erat ifra ēminos terre sibi p. missa. ꝫ q: habitatores illi⁹ ēre noluerūt dare trāsitū filijs israel vsq; ad terminū ēre sibi p. misse: imo hostiliter eos inuasērt ut patuit s. de seon rege eseton: 7 og rege basan. iō filij isr̄ fuerūt cōpulsi bellare cū eos. 7 ideo ipsis debellatis iure belli acq̄sierūt ērā illā de cuius possessiōe 7 diuisione h agit ex p̄dicto casu accidēti: vbi p ponit

exercitus qui pugnauerāt sic locutus est. Hoc est p̄ceptum legis quod mādauit dñs moysi Aurū 7 argentū 7 es 7 ferrum 7 plumbum 7 stannū 7 omne quod p̄t transire per flāmas igne purgabit: quicq̄d autem ignem nō p̄t sustinere: aqua expiationis sanctificabit: 7 lauabitis vestimenta vestra die septimo: 7 purificati postea castra intrabitis. Dixit quoq; dñs ad moysen: Tolle summā eor que capta sunt ab homine vsq; ad pec] tu 7 eleazar sacerdos 7 omnes p̄cipes vulgi: diuisq; ex equo predā inter eos qui pugnauerunt egressiq; sūt ad bellum: 7 inter omnem reliquā multitudinē: 7 separabis partem dño ab his qui pugnauerunt 7 fuerunt in bello vnam animam de quingentis tam ex hominib⁹ q̄ ex bobus 7 asinis 7 ouibus: 7 dabis eā eleazaro sacerdoti: quia p̄mitie dñi sunt. Ex media quoq; parte filior israel accipies q̄nq̄gesimū caput boū 7 boum 7 asinorum 7 ouiū cunctorūq; animantiū: 7 dabis ea leuitis qui excubant i custodijs tabernaculi dñi. Fecerunt q; moyses 7 eleazar sicut p̄ceperat dñs. Fuit autem preda quā exercitus ceperat: ouium sexcenta septuaginta q̄nq; milia: boū septuaginta duo milia: asinorum sexaginta milia 7 mille: animę hominum sexus feminei q̄ nō cognouerāt viros triginta duo milia. Data q; est media pars bis qui in prelio fuerant: ouiū trecenta triginta septem milia quingente: e quibus in partem domini supputate sūt oues sexcente septuaginta quinq; : 7 de bobus triginta sex milibus: boues septuaginta 7 duo: de asinis triginta milibus quingentis: asini saxaginta vnus. De animabus hominum sedecim milibus cesserunt in partē dñi triginta due aie. Tradidit q; moyses numerū primitiarum domini eleazaro sacerdoti: sicuti fuerat ei imperatū ex media parte filiorum isr ael: quā separauerat bis qui i prelio fuerāt. De media vero parte que cōtigerat relique multitudini. i. de ouibus trecentis triginta septē milib⁹ quingentis: 7 de bobus triginta sex milibus: 7 de asinis triginta milibus q̄ngētis: 7 de hominib⁹ sedecim milib⁹: tulit moyses q̄nquagesimum caput 7 dedit leuitis qui excubabant in tabernaculo dñi: sicut p̄ceperat dñs. Cum q; accessissent p̄cipes exercitus ad moysen 7 tribuni cēturiones q; dixerūt: Nos serui tui recensuimus numer q; pugnator quos habuim⁹ sub manu nostra: 7 ne vnus q̄dem defuit. Ob hanc causam offerimus i donarijs dñi singuli quod in preda auri potuim⁹ inuenire: periscelides 7 armillas ānulos 7 dextralia ac murenulas: ut dēpceris p nobis dñm. Susceperunt q; moyses 7 eleazar sacerdos omne aurū in diuersis speciebus pondere sanctuarij sedecim milia septingentos quinquaginta siclos a tribunis 7 cēturionib⁹. Vnusq̄sq; enim quod in preda rapuerat: suum erat. Et susceptum intulerunt in tabernaculum testimonij: in monimentum filiorum israel cor dño. xxxii

Jlij aūt ruben 7 gad habebāt pecora multa

filio 7 rubē 7 gad irrōnabilis petitio. 2° eiusdē petitiōis iustificatio. ibi: At illi qui accedētes. 3° ipsius concessio. ibi: Quib⁹ moyses ait. Adhuc circa p̄mū p̄mittit dicta petitio 2° ipsi⁹ repulsio. ibi: Quib⁹ rūdit moyses. Circa p̄mū ponit motiuū petitiōis. cū dr̄: Filij aūt rubē. 7c. q: forte de p̄da aliū dicta capitulo p̄cedēti emerāt magna p̄te ab alijs.

a Et erat illis in iumentis infinita substantia. i. valde multa: ⁊ est modus loquendi hyperbolicus. b Cūq; vidissent iaçer ⁊ galaad aptas animalibus alendis terras: venerunt ad moysen ⁊ ad eleaçarum sacerdotem ⁊ principes multitudinis: atq; dixerunt: Astaroth ⁊ dibon ⁊ iaçer ⁊ nemra esebon ⁊ eleale ⁊ saban ⁊ nebo ⁊ beon terra quam percussit dominus in conspectu filiorum israel: regionis vberrime est ad pastum animaliū ⁊ nos serui tui habemus iumenta plurima precamurq; c si inuenimus gratiam coram te ut des nobis famulis tuis eā ⁊c. ⌋ qđ erat irrationabile. ſ. q; haberent terrā labore aliorū acq̄sitam: ⁊ ipsi non trāsirēt cū aliis ad acquirēdū terrā ꝑ alijs tribubus: quod videbat sonare cor petitio. d Quibus respondit moyses. Hic consequēter ponit dicte petitionis repulsio. vbꝑmo eor ignauia arguit. cum dicit: e Nūqđ fratres vestri ⁊c. Secūdo ipedimentū aliorū inducit. cū dr: f Cur subuertitis mentes filioꝝ israel ⁊c. q. d. ꝓpter ignauiā vestram alij credēt q timeatis fortitudinē ere a deo promisse: ⁊ fortitudinē populi: ⁊ sic trāsire nō audeant: ⁊ ipediat rei mandatum. Tertio ad hoc exemplū ꝓcedens adducitur. cū dr: g Nonne ita egerūt patres vestri q; territi verbis exploratorū voluerūt reuerti in egyptū ut dictū ē ſ. xiij. ca. b Quibus iratus iurauit dicens si videbunt homines isti ⁊c. ⁊ accipit bic ſi ꝓ nō i. non videbunt. Cetera patēt ex his que dicta sunt ſ. xiiij. ca. vsq; ibi: i Et ecce inquit vos surrexistis ꝓ patribus vestris in malū ⁊ vultis peius facere cōꝑ ipsi. quia vidistis malum ipsorum ⁊ non estis castigati. Quarto ostendit q; hoc malū vetat

⁊ h erat illis in iumētis infinita substātia. Cumq; i vidissent iaçer ⁊ galaad aptas animalibus alendis terras: venerunt ad moysen ⁊ ad eleaçarum sacerdotem ⁊ ꝓncipes multitudinis: atq; dixerunt: Astaroth ⁊ dibon ⁊ iaçer ⁊ nemra esebon ⁊ eleale ⁊ saban ⁊ nebo ⁊ beon terra quam percussit dominus in conspectu filiorum israel: regionis vberrime est ad pastum animaliū ⁊ nos serui tui habemus iumenta plurima precamurq; k si inuenimus gratiam coram te ut des nobis famulis tuis eam in possessionē: nec facias nos trāsire iordanē. Quibus l respondit moyses: Numquid fratres vestri ibūt ad pugnā: ⁊ vos hic sedebitis? Cur subuertitis mentes filiorū israel ne transire audeant in locū quē eis daturus est dominus? Nōne ita egerunt patres vestri: quādo missi de cades barne ad explorandum terram? Cumq; venissent ad vallē botri lustrata omni regione subuerterunt cor filioꝝ israel ut non intrarēt fines quos eis dominus dederat quibus m iratus iurauit dicens: Si videbunt homines isti qui ascenderunt ex egypto a vigīti annis ⁊ supra terram quam sub iuramento pollicitus sum abraham isaac ⁊ iacob: ⁊ noluerūt sequi me preter caleb filium iephone cenezeū ⁊ iosue filium nun. Isti impleuerunt voluntatem meam. Iratusq; dominus aduersum israel circūduxit eum per desertū quadraginta annis donec consummeretur vniuersa generatio q̄ fecerat malū in conspectu eius. Et n ecce inquit vos surrexistis ꝓ patrib⁹ vestris incremēta ⁊ alumni hominum peccatorū ut augeretis furorē domini cōtra israel. Qui si nolueritis sequi eum: in solitudine populum derelinquet: ⁊ vos causa eritis necis omnium. At o illi prope accedētes: dixerūt: Caulas ouiū fabricabimus ⁊ stabula iumētorum: paruulis quoq; nostris vrbes munitas: nos autē ipsi armati ⁊ p accincti pergemus ad prelium ante filios israel donec introducamus eos ad loca sua. Paruuli nostri ⁊ quicq̄d habere possumus erunt in q vrbibus munitis propter habitatorum insidias. Non reuertemur in domos nostras vsq; dū possideant filij israel hereditatem suam: nec quicq̄ querem⁹ trans iordanē: quia iam habemus possessionem nostram in orientali eius plaga. Quibus r moyses ait: Si facitis qđ promittitis expediti pergite coram domino ad pugnam ⁊ omnis vir bellator armatus iordanē trāseat donec subuertat dominus inimicos suos: ⁊ subijciatur ei omnis terra: tunc eritis inculpabiles apud deū ⁊ apud israel: ⁊ obtinebitis regiones quas vultis coram domino. Sin autem s quod dicitis non feceritis: nulli dubium est quin peccetis in deum: ⁊ sciote qm̄ peccatum vestrū apprehendet vos Edificate ergo vrbes paruulis vestris: ⁊ caulas ⁊ stabula ouibus ac iumentis: ⁊ quod polliciti estis implete. Dixerunt q; filij gad ⁊ ruben ad moysen: Serui tui sumus. Faciemus quod iubet dns noster. Parvulos nostros ⁊ mulieres ⁊ pecora ac iumenta relinquemus in vrbibus galaad: nos autem famuli tui omnes expediti pergemus ad bellum sicut tu dne loqueris. Precepit ergo moyses eleaçaro sacerdoti ⁊ iosue filio nun ⁊ principibus familiarum tribus israel: ⁊ dixit ad eos Si transierint filij gad ⁊ filij ruben vobiscū iordanē omnes armati ad bellum coram domino: ⁊ vobis fuerit terra subiecta date eis galaad i possessionē. Sin aūt noluerint transire vobiscū in terrā chanaan. inter vos habitandi accipiant loca. Rnderūt q; filij gad ⁊ filij rubē cadere sup totū populū gnāliē ⁊ sup ipsos spāliē. cū dr: Qđ si nolueritis sequi eū ⁊c. ⁊ subdit: Et vos cā eritis necis omniū. sequit: k At illi. Hic ꝓnter ponit dicte petitiōis iustificatio. ⁊ p ꝑtim ad ignauiā ꝑ eos allegatā. cū dr: l Nos aūt ipsi armati. i. muniti armis ad pfēsionē. m Et accincti. armis ad inuasionē n Perge. ad pre. añ fili. isrl. q. d. nolum⁹ eē in cauda exercitus sicut ignaui: ſ in fronte. 2⁹ oñdit q; velint fideliē laborare ad acq̄sitionē terre. p alijs tribubus cū dr: Donec introducam⁹ eos ad loca sua. ⁊ subdit: o Paruuli nostri ⁊ quicq̄d habere possumus ⁊c. q̄si dicerēt. essent nobis oneri si transirent nobiscum. iō subditur: p Erunt in vrbib⁹ muratis. aliter non essent securi: qz nō intēdim⁹ cito reuerti. iō subdit: Nō reūtemur ⁊c. q Quib⁹ moyait. Hic ꝓnter ponitur petitionis iustificatio. ꝓcessio. ⁊ ꝓmo sub cōditione. 2⁹ simpliciē ⁊ absolute. ibi: Respōderūtq; filij gad. Cōditio aūt est ut obseruēt fideliē ꝓmissū ꝑ dictū qđ notat. cū dr Si facitis qđ ꝓmittitis ⁊c. ⁊ ꝑz lrā. r Sin autem quod dicitis nō feceritis nulli dubiū est quin peccetis in deum: quia illa ꝓmissio nō tūm fiebat hominib⁹ ſ deo. de cui⁹ mādato ēra erat acquirēda. s Et sciote qm̄ peccatum vestrū apprehendet vos q; pnam debitam vobis a deo inferendam. sequitur: Precepit ergo moyses eleaçaro sacerdoti ⁊c. ⁊ sequitur: t Date eis galaad in possessionem si fecerint ꝓmissum: aliter non. v Responderunt q;. Hic consequenter ponitur concessio absolute: qz filij ruben ⁊ gad viderunt q; moyses dubitabat de impletione sui ꝓmissi: ꝓpter quod non concedebat terram nisi sub cōditione iō ꝓcesserunt ad confirmationē sue ꝓmissionis. ut ꝑz in lrā: quo facto moyses concessit eis absolute terrā quā petebāt. vñ subdit.

Sicut locutus est dñs seruis suis ita faciemus. Ipsi armati pgemus coꝝ dño in terrã chanaan: ⁊ possessionẽ iam suscepisse nos cõfitemur trãs iordanẽ. Dedit[c] itaq; moyses filijs gad ⁊ ruben ⁊ dimidie tribui manasse filij ioseph regnum seon regis ammorrei: ⁊ regnũ og regis basan. ⁊ terrã eorum cum vrbibus suis per circuitũ. Igitur[d] extruxerũt filij gad dibon ⁊ astaroth ⁊ aroer ⁊ roth ⁊ sophan ⁊ iaçeriechaa ⁊ bethnemra ⁊ betharan vrbes munitas: ⁊ caulas pecorib⁹ suis. Filij vero ruben edificauerũt esebon ⁊ eleale ⁊ cariathaim ⁊ nabo ⁊ baalmeon versis nominibus: sabama quoq; imponẽtes[e] vocabula vrbib⁹ quas extruxerãt. Porro filij machir filij manasse perrexerunt in galaad: ⁊ vastauerũt eam interfecto ammorreo habitatore ei⁹ Dedit ergo moyses terram galaad machir filio manasse: qui habitauit in ea. Jair[f] autem filius manasse abyt ⁊ occupauit vicos eius: quos appellauit anothiair. i. villas iair. Nobe quoq; perrexit ⁊ apprehendit chanath cũ viculis suis: vocauitq; eam ex nomine suo nobe

HE[g] sũt mansiones xxxiii. filiorum israel qui egressi sunt de egypto per turmas suas in manu moysi ⁊ aaron: quas descripsit moyses iuxta castrorum loca q̃ dñi iussione mutabant. Profecti[h] igitur de rameſſe mense[i] primo quintadecima[k] die mẽsis primi: altera[l] die phase filij israel[m] in manu excelsa videntibus cunctis egyptijs ⁊ sepelientib⁹ primogenitos quos percusserat dñs. Nam[n] ⁊ in dijs eor exercuerat vltionem. Castrametati[o] sũt in socboth: de socbot venerunt in etham que est in extremis finib⁹ solitudinis. Inde egressi venerũt contra phiairoth q̃ respicit belsephon: ⁊ castrametati sũt ante magdalum. Profectiq; de phiairoth transierunt per medium mare in solitudinem: ⁊ ambulantes tribus diebꝫ per desertũ etham castrametati sũt in mara. Profectiq; de mara: venerũt in helim vbi erant duodecim fontes aquarũ ⁊ palme septuaginta: ibiq; castrametati sunt. Sed ⁊ inde egressi: fixerũt[p] tentoria super mare rubrũ. Profectiq; de mari rubro: castrametati sunt in deserto syn: vnde egressi venerũt i deptha. Profectiq; de deptha castrametati sunt in balus: egressiq; de balus: in raphidim[q] fixere tentoria: vbi populo defuit aqua ad bibẽdũ Profectiq; de raphidim: castrametati sunt in deserto synai. Sed[q] ⁊ de solitudine synai egressi: venerunt[r] ad sepulchra concupiscentie. Profecti de sepulchris concupiscentie castrametati sũt in asseroth: ⁊ de asseroth venerũt i rethma. Profectiq; de rethma: castrametati

merũ ⁊ ordinẽ mãsionũ ab exitu de egypto vsq; ad iordanẽ ⁊ diuidit in tres ptes ꝑm tria notabilia loca vnde castra mouerũt. s. rameſſes. mõs synai ⁊ cades. 2º incipit ibi: Et ⁊ de solitudine synai egressi. 3º ibi: Egressiq; de cades. In ꝑma parte continent. xij. mansiones q̃ sic enumerant. f Profecti igitur de rameſſe. hic ẽ loc⁹ vnde ꝑmo recesserũt. g Mense ꝑmo. s. Martio. h Quintadecima die mẽsis. i mane illius diei recesserũt: ut dictũ fuit Exo. xij. i Altera die phase. i. in crastino imolatiõis agni paschalis: quem imolauerãt die p̃cedenti. s. q̃rtadecima die mensis ꝑmi ad vesperã: ut dr ibidem. Aliq; autẽ libri sic habẽt: Altera die fecerunt phase. sed li fecerũt nõ ẽ i hebreo nec i libris correctis: nec mirum q̃ nõ ẽ de textu ꝺ quertit sinam ul' saltẽ obscurat eam: q̃ videt sonare q̃ filij israel fecerũt phase p̃ exitũ de rameſſe q̃ nõ ẽ verũ. sed ante: ut dictũ ẽ. k Filij isrl'. ꝺ refertur ad illud q̃ ꝑdicit: Profecti igit de rameſſe. q̃ media nocte interfecti sunt a deo ꝑmogeniti egyptiorũ ꝑ quẽ egyptij cõpellebãt filios israel exire de tra. ⁊ sic recesserũt in mane de rameſſe. l In ma. excel. i. i potestate diuina. m Mã ⁊ i dijs eo. ex. vlti. tunc

HE sunt mansiones. Dic describit recapitulatio breuis p̃cedentiũ in q̃bus actũ est de ꝓcessu filioꝝ israel ab exitu de egypto vsq; ad iordanẽ fluuiũ q̃ erat termin⁹ ad quẽ sui ꝓcessus: q̃ ab eo incipit terra ꝓmissionis. Circa q̃ sciendũ q̃ in p̃cedẽtib⁹ tã i Exodo q̃ in ꝺ libro intẽtio moysi fuit describere ꝓcessũ filioꝝ israel. nõ notando oĩa loca vbi mãserũt filij isrl' in via: ꝺ illa solũ in quib⁹ fiebãt aliq̃ notabilia. ⁊ iõ hic ponit numerũ ⁊ ordinẽ mãsionũ q̃ sic enumerant. f

idola egypti corruerũt ⁊ cõminuta sũt. n Castra. sũt in socboth. ista fuit ꝑma mãsio ⁊ p⁹ ista enumerant. xj. vsq; ad mõtẽ synai: vbi fuit. xij. mansio. ⁊ p3 hrã vsq; ibi: o Fixerũt ten. sup ma. rubꝝ. istud nõ videt ꝛ: q̃ iã añ mare rubꝝ trãsierãt: ⁊ ab eo se elõgauerãt ꝑ plures mansiões. Ad q̃ dicẽdũ q̃ mare rubꝝ frequenr ꝺ3 sin⁹ magnos vbi pl⁹ itrat terrã: ⁊ sic factũ ẽ ꝺ: q̃ postq̃ filij isrl' trãsito mari rubro ãbulauerãt p desertũ: venerũt sup vnũ sinũ maris rubri vbi fixerũt tẽtoria. p In raphi. fixe. tẽ. vbi p̃ꝺo de fuit aq̃ 7ẽ. put dr Exo. xvij. q Et ⁊ de solitudine. ꝺ p̃ẽ enumerãt mãsiões a mõte synai exclusiue vsq; ad cades iclusiue: ⁊ sũt mãsiones xx. r Vene. ad sepul. cõcupis. sic enr vocatus est locus ille: q̃ ibi sepultus est populus qui desiderauerat carnes: ut dictũ est ꝺ. xj. ca. Cetera patẽt i hrã.

a Egressiq̃ de cades. Hic describunt̃ mansiones a cades vsq̃ ad iordanem exclusiue: ⁊ sunt nouē mansiones. b Castrametati sunt in monte hor. ista est prima post egressum de cades. c Ascenditq̃ aaron ꝛc. ⁊ ibi mortuus ē. sicut dictum fuit supra. xx. ca. Dicunt tamen aliqui ipsum mortuum fuisse in moseroth: sic̄ dictū fuit ibidē. d Audiuitq̃ chananeus. scilz mortē aaron ⁊ aduentū filiorū israel: ⁊ ex morte aaron que acciderat fuit audacior ad inuadendū filios isrl̄ q; credebat diuinū adiutoriū abeis elongatū: eo q̃ aaron qui orabat pro populo ⁊ offerebat sacrificia mortuus erat. e Venerūt in ieabarim. In hebreo habet̄: In ije abarim. i. in solitudinibus abarim Est enī abarim nomē mōtis iux̄ quē sūt solitudines in quib⁹ fixerūt tētoria. f Supra iordanē ẜ hiericho. ita q̃ iordanis fluui⁹ erat inter exercitū filiorū israel ⁊ hiericho que ē ciuitas terre p̄missionis. g Jbiq̃ castra, sūt ꝛc terbsimō vsq̃ ad telsatbim. i b ostendit̄ quātū spacium tenebat exercit⁹ scilz ꝛc vno istox̄ locox̄ vsq̃ ad aliū. Dicit aūt Ra. Sa. q̃ sūt ibi. xij. miliaria: sed non ē ꝓsimile q̃ exercit⁹ tātū spaciū occuparet: maxime quia castra erant situata in quadro circa tabernaculum: ut dictū fuit ꝟ. iij. ca. b Ubi locut⁹ est dn̄s ad moysen. illa que sequunt̄ in isto libro, ⁊ Deut⁹ q̃tum ad magnā partem. In Deut⁹ enim multa replicant̄ que fuerant antea sibi dicta a dn̄o. Sciendū aūt q̃ p̄dicte mās̄iones in vniuerso fuerūt xlij. quarū filij israel fecerunt. xiiij. primo anno egressionis sue ꝛc egypto: ⁊ in principio secundi anni. s. vsq̃ ad locum vnde missi fuerunt exploratores: itē octo fecerunt. xl. anno. s. a monte hor exclusiue vsq̃ ad iordanem. ⁊ sic patet q̃ tempore intermedio quod fuit fere. xxxviij. annox̄ filij isrl̄ fecerūt tm̄ viginti mansiōes. ex quo patet q̃ lz dictū fuerit supra. xiiij. ca. q̃ filij israel essent vagi per ꝛc sertū toto illo tempore: non tm̄ sic est intelligendū q̃ essent quasi sic in continuo motu ꝛc loco ad locū. sed aliquando in vno loco diu manserunt: qz tamdiu manebant in vno loco q̃diu nubes stabat super tabernaculum. i

Itur post hec. Descripta reuocatiōe absalon ⁊ ei⁹ reconciliatione. Hic ꝓnter describit eius ꝓspiratio ꝓtra patrem, ⁊ primo q̃liter eum fugauit, secūdo q̃liter fugatū fecauit. ca. xv. tertio qualiē de morte ei⁹ tractauit. ca. xvij. quarto qualiē rei iudicio interijt. ca. xviij. q̃nto quō dauid ad domū regiā redijt. ca. xix. Circa primū pmo ponit ipsi⁹ absalon receptio simulatoria. secūdo eius ꝓspiratio, pditoria. ibi: Misit aūt absalon. tertio ipsi⁹ dauid humiliatio meritoria. ibi: Et ait dauid. quarto ei⁹ ordinatio cōsultoria. ibi: Et dixit rex. Simulatio aūt absalon fuit in duobus. q: primo simulauit maximū zelū erga ꝓpm. secūdo deuotionē erga deū. ibi: Post quadraginta aūt annos. Circa primū dicit: Igitur post hec. i. post reconciliationē absalon cū patre ꝓfidens de patris benignitate ⁊ de ioab familiaritate. ⁊ eleuat⁹ ex sua pulchritudine. ⁊ quia inter ceteros filios dauid remanētes erat primogenitus q: cheleab erat mortuus. qō videtur ex hoc. q: de eo non fit aliqua mentio. b Fecit sibi absalon currus ⁊ equites. q̃si quoddā preiudiū q̃ vellet regnare post patrē suum. sed eius ambitio in tantū inualuit q̃ patrem de regno expellere voluit. ⁊ iō corda populi ad se trahere disposuit. ideo subditur: i Et mane consurgens. id est anteq̃ aliquis intraret ad regem. k Stabat iuxta introitū porte. ita q̃ eēs illi qui ingrediebantur ad regem ꝓ negocijs habebant iuxta eum transire. l Et omnem virum. pauperem uel diuitem. ut magis colorаret fictionem suam. m Videntur mihi sermones tui ⁊c.] q. d. statim vellet tua petitio exaudiri. n Sed nō est qui te audiat ⁊c.] q. d. rex iam est antiquus: nec potest competenter intendere talibus. ⁊ ideo magnum damnū est q̃ alius habens zelum cōmunitatis non est ad hoc cōstitutus. o Quis me cōstituat iudicem. q. d. ꝓpter necessitate populi ⁊ non ꝓ alia re istud onus susti-nerem. p Sed ⁊ cum accederet ⁊c.] tanq̃ regis filium. q Extendebat manum suam. in signum familiaritatis. r Osculabatur eum. in signū magne cōdescensionis. s Et sollicitabat corda. In hebreo habetur: Et furabat corda. quia per tales fictiones falsas iniuste attrahebat ad se corda hominū : ut sic ei iungerentur cōtra patrem suum: quia ꝓpter talia eis impensa iudicabant ⁊ dicebant eū esse regno dignum. t Post quadraginta autem ānos. Hic ꝓnter ponitur fictio deuotionis erga deum per sacrificium in ebron offerēdum. Absalon autem intendebat ibi ꝓspirare ꝓtra patrē suū. Dicit igit: Post quadraginta autem annos ⁊c. Aliqui libri habent post quatuor annos. qui accipiuntur a fuga absalon vsq; tūc. ꝑm istam litteram. sed q̃ sit falsa patet ex duobus. quia primo a fuga absalon vsq; tunc cucurrit maius tempus quia post dictam fugam absalon mansit in gessur tribus annis. ut habet ꝯ. xiij. ca. in fi. Item post ei⁹ reuocationem mansit in irlm duob⁹ ānis anteq̃ videret faciem regis. ut habet ꝯ. xiij. ca. ⁊ sic in sexto āno faciem regis vidit ⁊ pfecte reconciliatus fuit. ⁊ postea fecit sibi currū ⁊ eq̃tes ⁊ corda ipsi sibi attraxit. ut predictū est. que nō potuerūt fieri in tam breui tpe q̃n ad minus currerent ibi duo anni uel circiter. ⁊ sic anteq̃ ꝓspirasset in ebron ꝓtra patrē suū. iam trāsierāt septem anni uel octo. secūdo hoc apparet. q: hebraica veritas ⁊ libri nostri correcti habent hic q̃draginta ⁊ nō q̃tuor. ex quo ꝑ trām fuisse corruptā vitio scriptor. Isti aūt q̃draginta āni varie cōputant. In libro eni de hebraicis quēstionib⁹ dī q̃ hec cōputatio incipit a tpe quo saul interfecit sacerdotes. ut habet ꝯ. j. libro. xxij. ca. ⁊ terminat in ꝓspiratione absalon cōtra patrē suū, cuius ratio est. quia dauid fuit cā ⁊ occasio aliquo modo dicte occisionis, licz eni nō peccauerit pretento panes ⁊ gladiū ab achimelech sacerdote. ⁊ celādo ei fugā suā. ꝓ ut ibidem dictū fuit. tū in hoc peccauit q̃ nimis patenē hoc fecit. Ex quo eni sciebat ibi esse doech idumeū de quo timebat, ꝓbabiliē q̃ ista sauli referret. ut ibidem dicit: debuit facere ita secrete q̃ lateret ipsum doech. ⁊ ideo hic fit mentio illius tpis. q: culpa illa ipsi⁹ dauid in pte fuit causa hui⁹ rebellionis absalon ꝓtra ipsum. nec obstat q̃ predictū est hanc rebellionē euenisse ꝓpter peccatū dauid cū bersabee. q: plura peccata possunt bene esse cause partiales vni⁹ pne a deo inferende. Ra. Sa. dicit q̃ isti q̃draginta āni incipiūt a tpe q̃ ipsi isrl petiunt regem. ⁊ simpliciter habere voluit cōtra samuelis ꝓhibitionē. ut habet ꝯ. j. li⁹. viij. ca. ⁊ fit hic memoria illius tpis in rebellione ipsius absalon cōtra patrem. q̃ ꝓ prima facie videbat magnū malū :

quasi scriptura reduceret ad memoriã dictum samuelis videlz q̃
petitio populi ꝛe institutione regis non erat ad bonũ. a Dixit
absalon ad regem. ad hoc accepit licentiam ut magis opiret malicia
suam excogitatam. b Vadam ⁊ reddam ⁊c.] id est offerenda
in ebron: locus enim ille sanct⁹ reputabat eo q̃ quatuor patriarche
p̃ncipales sunt ibi sepulti cum suis coniugib⁹. s. adam ⁊ eua: abrahã ⁊
sara: isaac ⁊ rebecca: iacob ⁊ lya. sic dictũ fuit Beñ. xxiij. ⁊ ideo absa-
lon fingebat illuc ire ex deuotione. Sed principaliter intendebat ibidẽ
cõtra patrem cõspirare: quia locus ille distat a
irlm per. xvj. miliaria.
ꝑm hiero. libro ꝛe distãtijs locor. ⁊ ideo melius
poterat ibi fautores sue
cõspirationis aggregare. Item q: dauid pater
eius ibi primo regnauit. ut habet͛ ꝯ. ij. ca. ⁊ ideo
videbatur locus aptus
ut ibi inciperet regnũ ei⁹
c Misit autẽ absalon
exploratores. Hic conse-
quenter ꝛescribitur ipsi⁹
absalon cõspiratio: quia
ad diem ꝛeterminatam
cõgregauit fautores suos in ebron. Misit enim
nuncios ad ciuitates p̃ncipales tribuum: ita q̃
in qualibet ciuitate no-
tabili erant plures missi
ex parte absalon: quorũ
vnus habebat tubam sci-
entes horam in qua cla-
maretur in ebron ad so-
nitum tube: Regnabit
absalon: ita q̃ eadem hora in omnibus ciuitatib⁹
notabilibus nuncius ab-
salon habens tubam ut
sonaret: ⁊ alij discurrẽ-
tes per vicos clama-
rẽt: Regnabit absalon
in ebron. diuulgantes q̃
ibi erat inunctus in re-
gem. ⁊ q̃ principales ꝛe
ciuitatibus festinarent
illuc ad faciendũ sibi ꝛe-
bitam reuerentiam. ideo
postea subditur: Popu-
lusq; concurrens auge-
batur cum absalon. d Porro cũ absalon ierũt
cc. viri ad petitionem ipsius absalon ut pauciores cum dauid rema-
nerent. ⁊ ut illi ꝛe ciuitate regia viderentur sibi fauere. quia ꝓpter
multitudinem aliorum absalon fauentium non audebant contradi-
cere. e Accersiuit quoq; ⁊c.] ꝛe cuius consilio iste absalon
hoc negocium acceperat. ⁊ ut alij facilius iungerent͛ sibi videntes
principalem regis cõsiliarium adherentem sibi. f Facta est au-
tem coniuratio valida. quia illi qui erant ibi iurauerunt stare cum
absalon ad maiorem conspirationis confirmationem. g Venit
igitur nuncius ad dauid. non tamen ita cito eo q̃ absalon faciebat
custodiri vias nec hoc factum nunciaret͛ dauid donec haberet tan-
tam multitudinem q̃ dauid nõ posset resistere ꝑm suam estimatio-
nem. h Et ait dauid. Hic cõsequenter ꝛescribit͛ ipsius dauid
humiliatio meritoria. quia p̃ eam ꝛeus fuit placatus erga dauid: ⁊
cõtra absalon ꝓuocatus. apparuit autẽ ista humiliatio specialiter in

dixit[a] absalon ad regem dauid.
Vadam[b] ⁊ reddam vota mea
que vovi dño in ebron] Vovẽs
enim vovit seruus tuus cũ esset
in gessur syrie dicens: Si redu-
xerit me dñs in irlm: sacrificabo
dño. Dixitq; ei rex dauid: Va-
de in pace. Et surrexit ⁊ abijt in
ebron. Misit[c] autem absalon
exploratores in vniuersas trib⁹
israel dicens: Statim ut audi-
eritis clangorem buccine dicite:
Regnabit absalon in ebron.
Porro[d] cum absalon ierunt du-
centi viri ꝛe irlm vocati: euntes
simplici corde: ⁊ causam penit⁹
ignorantes. Accersiuit[e] quoq;
absalon achitophel gilonitem
consiliariũ dauid:] ꝛe ciuitate
sua gilo. Cũq; immolaret victi-
mas facta[f] est cõiuratio valida
ꝓualuitq; concurrens augebatur
cum absalon. Venit[g] igitur nũ-
cius ad dauid dicẽs: Toto cor-
de vniuersus israhel sequit͛ absalon.
Et[h] ait dauid seruis suis q̃ erãt
cũ eo in irlm: Surgite: Fugia-
mus[i]: neq; enim erit nobis ef-
fugium a facie absalon.] Festi-
nate egredi: ne forte veniens
occupet nos: ⁊ impellat super
nos ruinam: ⁊ percutiat ciuita-
tem in ore gladij. Dixerunt͛q;
serui regis ad eũ: Omnia que
cũq; precepit dñs noster rex li-
bẽter exequmur serui tui. Egres-
sus[k] est ergo rex ⁊ vniuersa do-
mus eius pedib⁹ suis.] Et[l] re-
liquit rex ꝛecem mulieres cõcu-
binas ad custodiendam domũ.
Egressusq; rex ⁊ omnis israh pe-

duob⁹. s. in humilitate ꝛe ciuitate regia recedẽdo. secũdo archã
dñi remittẽdo. ibi: Venit autem ⁊ sadoch. Circa primũ sciendũ
q̃ cũ dauid esset in bellis exptus ⁊ audacissim⁹ ⁊ esset in loco
forti. ⁊ haberet secũ plures ⁊ fortissimos bellatores. nõ recessit
ꝛe ciuitate timore ipsi⁹ absalon principalit͛ sed timore dei quẽ
sciebat se pri⁹ offen-
disse. ⁊ ꝓpẽ hoc ex
sentẽtia dei istud
malũ sup eũ euc-
nisse. ꝑm q̃ dixe-
rat sibi nathan ꝓ-
phẽta ꝯ. xij. ca. Hec
dicit dñs: suscita-
bo sup te malũ ꝛe
domo tua. ⁊ iõ ad
placandũ irã dei
voluit se corã deo
humiliare: q̃ ꝑces
humiliũ exaudit.
⁊ ista humilitas
apparuit in cõfusi-
bili egressu eius ꝛe
ciuitate. cum dr: Et fugiam⁹ ⁊c.]
nõ ꝓpter ipsi⁹ virtu-
tẽ sed dei cui⁹ erat
flagellũ ad puniti-
onẽ dauid. secũdo
apparuit ei⁹ humi-
liatio in ꝓgressu.
cũ dr: Et Egres-
sus est ergo ⁊c.]
q: incedebat ꝓdi-
tando cũ tã posset
habere eqs ⁊ mu-
los. ⁊ nõ solũ exi-
uit ꝓditãdo: sed
etiã nudis pedib⁹
incedendo. ut hꝫ
j. eo. ca. l Et
reliquit rex ꝛecem
mulieres. quia sci-
ebat q̃ nõ interfi-
cerentur. m
Stetit ꝓcul a do-
mo. extra ciuitatẽ
ut transire faceret
totũ ꝓplm suũ aũ
se ut poneret se in
maiori periculo si
absalõ eũ insequc-
retur. qõ fecit eo
q̃ erat in culpa. ut
predictũ est. ⁊ alij
pariebantur ꝓpter
eum. n Dixit
aũt rex ⁊c.] Di-
cunt aliqui q̃ iste
fuit fili⁹ achis re-

dibus suis stetit[m] ꝓcul a domo
⁊ vniuersi serui eius ambulabãt
iuxta eum: ⁊ legiones celethi
⁊ felethi ⁊ omnes gethei pu-
gnatores validi sexcenti viri
qui secuti eum fuerant ꝛe geth
pedites precedebant regem. Di-
xit[n] autem rex ad ethai gethe-
um:] Cur venis nobiscũ? Re-
uertere ⁊ habita cum rege: quia
peregrinus es ⁊ egressus es ꝛe
loco tuo. Heri venisti: ⁊ hodie
compelleris nobiscum egredi.
Ego[o] autem vadam quo itu-
rus sum. Reuertere ⁊ reduc te
cum fratres tuos: ⁊ dominus
faciet tecum misericordiam ⁊
veritatem: qua ostendisti gra-
tiã ⁊ fidem. Et respondit ethai
regi dicens: Viuit dominus ⁊
viuit dominus meus rex: quo-
niam in quocũq; loco fueris do-
mine mi rex siue in morte siue in
vita ibi erit seruus tuus. Et ait
dauid ethai: Veni ⁊ tranli. Et
transiuit ethai getheus ⁊ rex ⁊
omnes viri qui cum eo erant:
⁊ reliq̃ multitudo. Omnesq;[p]
flebant voce magna: ⁊ vniuer-
sus populus transibat. Rex q̃ꝫ
transgrediebatur torrentem ce-
dron: ⁊ cunctus populus ince-
debat contra viam oliue quere-
spicit ad ꝛesertum. Venit[q] au-
tem ⁊ sadoch sacerdos: ⁊ vni-
uersi leuite cum eo portantes ar-
cham federis dei ⁊ ꝛeposuerũt
archã dei. Et[s] ascẽdit abiathar:
donec expletus esset omnis po-
pulus qui egressus fuerat ꝛe ci-
uitate. Et dixit rex ad sadoch:

gis geth q̃ adhesit dauid ꝓpẽ suam bonitatẽ ⁊ pbitatẽ. ⁊ cõ-
uersus erat ad iudaismũ. ꝓpter qõ dauid magis sibi ⁊ socijs
suis compatiebatur: eo q̃ dimiserant gentem suam ⁊ locum.
o Ego autem vadã quo iturus sum. i. vagabund⁹ ad locũ
incertũ quouscq; dñs sit mihi placat⁹. Cetera patent vsq; ibi:
p Omnesq; flebant voce magna. ipsi regi cõpatiendo ⁊ ad
ꝓuocandũ dei misericordiã. q Venit aũt ⁊ sadoch. hic
ꝓsiter oñdit͛ humiliatio dauid in remissione archc. cui⁹ primo
ꝛescribit͛ apportatio. cum dr: Venit aũt ⁊ sadoch ⁊c. q: vole-
bat se associare dauid in fuga sua ⁊ pro eo ꝓsulere dominũ tpe
debito. ideo subdit: r Et ꝛeposuerunt archã dei. s. ad ꝓsulendũ dominũ ad quẽ locũ dauid ꝛeteret ꝛeclinare
s Et ascendit abiathar. s. ad ꝓsulendũ dominũ se applicauit:
q: erat tunc sacerdos principalis. sed tũc nõ habuit responsũ

per quod cognouit dauid deum adhuc non esse placatum erga ipsum: propter quod societate arcæ reputauit se indignum & ideo eam humiliter remisit ad tabernaculū vnde fuerat assumpta. dicens: a Si inuenero grām &c. & patet littera. b Si autem dixerit &c.] scilz subire fugam. exilium. mortem: ut impleatur diuinū beneplacitum. c Et dixit rex. Hic consequenter ponit ordinatio consultoria. q. d. dauid nō desperaret de dei misericordia cōsequenda. noluit tamē omittere illud quod poterat fieri via humana. & ideo primo ordinauit de statu absalon sibi renunciādo. secundo de consilio eius dissipando. ibi: Cūq; ascenderet dauid. primū autē fecit per hoc q duos sacerdotes remittēs cū archa ordinauit q duo filij eorū eēnt nuncij ad reportādū sibi illud q audirēt de domo absalon. & esset expediens sibi illud scire. & p̄z lrā vsq; ibi d Insatua q̄so &c.] Erat enī iste nimis astut⁹. ppē q̄ erat magis timendus. e Cūq; ascenderet. Hic p̄mittitur ordinatio dauid de cōsilio absalon dissipando. remittendo chusiad hoc q etiam erat valde sapiens & eloquēs. ut patebit. j. xvij. ca. premittit̄ tū hic loc⁹ in quo chusi occurrit ipsi dauid. cum dicit: Cūq; ascenderet &c.] scilz oliuarū f In quo adorabat⁹ erat domnū. de loco enī illo videbatur clare tabernaculū in quo seruabat⁹ archa in monte syon ex opposito. & ideo q̄n dauid veniebat ad locū illū solitus erat adorare dñm. sicut vōes a longe videntes ecclesiā alicui⁹ sancti solēt eū deprecari. & tunc ibi dauid dñm adorauit. g Ecce occurrit ei chusi archites. q. erat de ciuitate arach. h Scissa veste &c.] in signū magne tristicie: i Si veneris &c.] q. nō erat vir bellator. k Si aūt in ciuitatē reuertaris. quasi nō curās de me: l Et dixeris &c.] videt q dauid hic peccauerit inducēdo eū ad mētiendū. dicendū q licz nō sit aliq̄ necessitas excusandi dauid & chusi de aliquo mēdacio officioso. cū ipse dauid p̄ fecerit

Reporta archā dei in vrbē. Si[a] inuenero gratiā in oculis dñi: reducet me & ostēdet mihi eam & tabernaculum suum. si[b] autem dixerit mihi: non places: presto sum] faciat q̄ bonū est coram se. Et[c] dixit rex ad sadoch sacerdotem: O videns reuertere in ciuitatem in pace: & achimaas filius tu⁹ & ionathan fili⁹ abiathar duo filij vestri sint vobiscū. Ecce ego abscondar in campestrib⁹ deserti: donec veniat sermo a vobis indicans mihi. Reportauerūt ergo sadoch & abiathar archam dei in hierusalem: & manserunt ibi. [d] Porro dauid ascendebat clīuū olīarū: scandens & flens: nudis pedib⁹ incedens & operto capite. Sed & omnis populus qui erat cum eo operto capite ascēdebat plorans. [e] Nunciatū est autem dauid q achitophel esset in coniuratione cum absalon. Dixitq; dauid: Insatua[d] queso domine consilium achitophel.] Cūq;[e] ascēderet dauid sūmitatē montis] in quo[f] adoraturus erat dominū: ecce[g] occurrit ei chusi archites scissa[h] veste & trapleno capite:] Et dixit ei dauid: Si[i] veneris mecum: eris mihi oneri:] si[k] autem in ciuitatem reuertaris. & [l] dixeris absalon seru⁹ tuus sum] rex: patere me viuere: sicut fui seru⁹ patris tui: sic ero seruus tuus: dissipabis[m] consiliū achitophel. Vbi autem tecum sadoch & abiathar sacerdotes: & omne verbū quodcūq; audieris in domo regis indicabis sadoch & abiathar sacerdotibus. Sunt enim cum eis duo filij eorum achimaas filius sadoch. & ionathan filius abiathar. & mittetis per eos ad me omne verbum quod audieritis. Veniente ergo chusi amico dauid in ciuitatem: absalon quoq; ingressus est hierusalem & achitophel cum eo. XVI

Cumq;[n] dauid transisset paululum montis verticem: apparuit[o] siba puer miphiboseth in occursū ei⁹ cum duobus asinis qui onerati erant ducētis panibus: & centū alligaturis vue passe: & centum massis palatarū: & duob⁹ vtribus vini. Et dixit rex sibe: Quid tibi volunt hec? Respondit q̄ siba: Dñe mi rex asini[p] domestici regis ut sedeant: & [q] panes & palate ad vescendū pueris tuis: vinū autem ut bibat si quis defecerit in deserto. Et ait rex: Vbi[r] est filius domini tui? Respondit[p] siba regi. Remansit in hierusalem dices:] Hodie restituet mihi domus israel regnū patris mei. Et ait rex sibe: [s] Tua sint omnia que fuerunt miphiboseth.] Dixitq; siba: Oro ut inueniam gratiam coram te domine mi rex. Venit[p] ergo rex dauid vsq; baburim. Et ecce egrediebatur[r] inde vir de cognatione domus saul] nomine semei filius gera. procedebatq; egrediens: & maledicebat: mittebatq; lapides cōtra dauid & contra vniuersos seruos regis dauid. Omnis autē populus & vniuersi bellatores a dextro & a sinistro latere regis incedebant. Jta autem loquebatur semei cū malediceret regi Egredere egredere[r] vir sanguinū: & [s] vir belial. Reddidit tibi

tūc. ut patebit ca. se. pōt tū dici q nō erat ibi mendaciū. ille enī seruit alicui q̄ agit & agere intēdit ad bonū ipsi⁹. bonū aūt erat absalon q̄ a suo intento pessimo frustrareť & p̄ri traderet. maxime q̄ nolebat eū interficere sed magis p̄seruare ad sui correctionē. ut p̄z ex his que habent. j. xviij. ca. m Dissipabis consiliū &c. i. dissipare poteris p tuā sapiam & eloquentiā. sicut apparuit p effectū. ut dr̄. j. ca. xvij. Cetera patent in lrā.

In Cap. xvj. Umq; dauid. Hic p̄mittit̄ q̄liter absalō patrē suū fedauit ingrediēdo ad ei⁹ vxores. Premittunt tū hic tria. q. primo dauid a siba recipit. secundo a semei iperit. ibi: Venit q̄ rex. tertio chusi ab absalon recipit. ibi: Absalon aūt. q̄rto absalō ad vxores patris ingredit. ibi: Dixit āt absalon. Circa primū sciendū q̄ adulatores intēdētes magnates recipe. pliderāt tēp⁹ & locū & alia ad h̄ apta. & hoc notat cū dr̄: Cūq; dauid trāsisset paululū montis verticē. q. tā erat fatigat⁹ ex itinere & tristicia. o Apparuit siba &c. q̄si multū paratus ad succurrendū regi in tali necessitate. vñ sequit: p Asini domestici regis ut sedeāt. i. si aliq̄s de domo tua fuerit ita fatigat⁹ q̄ nō possit incedere poterit sup asinū sedere. q Et panes & palate &c. palate dicunt fic⁹ cōpresse inē tabulas. r Vbi est filius dñi tui. habebat enī ei⁹ curā, q̄p ionathe amicitiā. s Rndit q̄ siba &c.] iste siba mētiebat: ut p̄z ex his q̄ habēt. j. xix ca. q. miphiboseth de fuga dauid fuit valde tristis sic apparebit ibi: Cogitabat enī siba q̄ dauid q̄p sapiam suā & bonā militiā finaliē obtineret victoriā. & ideo studebat bēditatē dñi sui ip̄trare a dauid. qđ & factū ē. vñ subdit: t Tua sint oia &c.] qđ fuit male & p̄cipitāt̄ & iniuste dictū. tū q. iste siba dixerat falsū. tū q. dato q̄ verū dixisset. tū miphiboseth de sufficienti declarareť. u Venit q̄ rex. Hic p̄mittit̄ dauid a semei ip̄tie. vbis maledicis & alijs iniurijs. & h̄ē qđ dr̄: p Egrediebat̄ vir &c.] j. xix. ca. dr̄ q̄ erat de domo ioseph. Dicendū q̄ erat de domo ioseph ex p̄te patris. s. de tribu ephraim. h ex p̄te matris erat de cognatiōe saul. q. mulieres in hereditate nō succedētes poterāt p̄trahere m̄rimoniū cū viris alterius trib⁹. put dictū fuit Numeri. xxxvj y Egredere vir sanguinū. i. effusor: multi sanguinis innoxij. z Et vir belial. id est absq; iugo discipline & legis diuine. Cetera

patent vsq; ibi: a Quid mihi ⁊ vobis filij saruie? ex hoc patz q; ioab similiter semei occidere volebat. ⁊ fratrē suū abisai ad hoc incitabat. b Dimittite eū ut maledicat. qz ei⁹ maledictio est mihi materia ad exercitiū patientie. c Dñs enī precepit ei ⁊c. hic occurrit ꝓplexitas. qz si dñs precepit ei nō peccauit hoc faciendo. sicut nec minister iudicis de precepto eius malefactorem interficiēdo. Dauid autem peccauerat coz̄ deo. ⁊ dign⁹ erat hac pena ⁊ maiori. ut pz ex .ꝫ. dictis. xij. ca. Sed ad hoc sequit⁹ q; dauid peccauit iniungēdo salomoni ei⁹ interfectionem. ut habet .j. iij. li⁹. iij. ca. Cui⁹ contrariū videt⁹ scriptura innuere ibidem. Si aūt dicat q; semei maledicēdo dauid peccauit. sequitur incōueniens. s. q; deus precepit eū peccare. ⁊ sic fuit causa peccati ꝑ se ⁊ directe. qō est impossibile. Dicendum ad hoc q; dauid videns semei solū ⁊ inermē ita ꝓstanter ⁊ intrepide sibi iniuriantē ⁊ manifeste coz̄ bellatoribus multis fortissimis ⁊ audacissimis: ⁊ ad vindicandū regis iniuriam. pmptissimis. ꝓpendit q; hoc nō ꝓueniebat ab ipso semei tm̄; sed a deo specialiter hoc agente. ⁊ hoc vocauit p̄ceptū dei. ⁊ licz semei in hoc peccauerit volūtate iniq; maledicēs dauid. nō tm̄ ꝓpter hoc deus fuit causa peccati inq̄tum peccatum est. Ad cui⁹ intellectū sciendū q; ad peccatum plura cōcurrunt. s. potentia qua peccatur q̄ est liberum arbitriū. ⁊ motus liberi arbitrij in ꝓsensū ⁊ ad ipulsū potētiarū executiuaꝝ. ⁊ totū istud ē a deo q; est actor nature ⁊ opationū ei⁹. Est etiā ibi defōmitas in actu que est quidā defectus ex quo actus habet rationē peccati. ⁊ h⁹ deus nō est causa sed defectibilitas liberi arbitrij sicut in claudicatiōe quicq̄d ē ibi ambulatiōis seu motiōis reducitur in virtutē motiuā sicut in cām. illud aūt qō est ibi defōmitaꝫ ⁊ defect⁹ reducit⁹ in cām tibie curuitaꝫ. ⁊ sic pz q; de⁹ nō est causa peccati. licz sit cā liberi arbitrij ⁊ motiōis ipsius. Sic igit⁹ pōt dici q; ꝓstantia ⁊ audacia que fuit in semei dauid imputēdo. ⁊ entitas illi⁹ actionis totū fuit a deo. ut q; hoc dauid puniret ⁊ eius patiētia ꝓbaretur. Sed defōmitas seu defect⁹. s. q; iniq; volūtate hoc fecerit. b nō reducit⁹ in deū sicut in cām: sed in liberi arbitrij defectibilitatē. d Ecce filius meus ⁊c.] hoc dr̄ ꝓ tāto: qz semen viri qō est ꝓncipiū gnātionis filij est de superfluo alimēti: qō in utero digerit⁹; ⁊ ad mēbra gnātiue virtut⁹ defert. Cetera patēt ex dictis. e Absalon aūt. Hic q̄nter dicit ab absalon recipit. Et pz ira usq; ibi: f Hec ē inq̄t gra ad amicū tuū? s. ad dauid. q. d. nō oñdisti te ei eē fidelē. b aūt dicebat absalō ut explorare⁹ mentē ipsi⁹ dicti. g Rñdit⁹ dicit ad absalon nequaq̄. s. debuit ire cū dauid. b Quia illū deo quē elegit dñs. in hoc mentit⁹ est dicit: qz absalon nō erat a deo electus. sed dixit hoc dicit ut absalon eū recipet citi⁹. nec oporet eū excusari de mēdacio officioso. i Dixit aūt absalon. hic vltimo absalon ad vxores patris sui ingredit⁹ de cōsilio achitophel. cui⁹ cā subdit⁹: k Ut cū audierit ⁊c.] perpēderat enī achitophel q; multi erāt cū absalon vacillātes: eo q; timebāt ne pater ⁊ filius reconciliarent⁹ ⁊ sic fierēt odiosi vtriq; eo q; fauissent absalon in malo. ex q̄ timebāt p⁹ ea graviter puniri. ⁊ ꝺ ad remouēdū hūc timorē ⁊ vacillationē achitophel ꝓsuluit absalon. ut patenē fedaret patrē suū ei⁹ vxores cognoscēdo carnalit⁹. ut q; tale vitupriū ipsi dauid illatū crederet a populo dictā reconciliationē non posse fieri: ⁊ sic firmiter starēt cū absalon. Istud aūt ꝓsiliū si fuerit ad malū finem ordinatū. tm̄ erat valde accomodū ad finē intentū. ꝺ subdit⁹: l Cōsiliū aūt achitophel ⁊c.] Ista sikitudo non tenet in omnib⁹. qz cōsiliū dei non pōt ad malū ordinari. sed tenet q̄tū ad b q; ꝓsiliū dei est accomodū ad finē intētū. dicūt aūt alīq; q; achitophel vedit b ꝓsiliū eo q; ter saltem neptem suā dauid polluerat q; adulteriū. m Cap. xvij Dixit ergo. Hic ꝓnter oñdit⁹ q̄liter absalō de morte patris sui tractauit. Et ꝓmo circa hoc ꝓsiliū tractat. secūdo huiusmodi tractatus ipsi dauid renūciat. ibi: Et ait dicit. Circa primū premittitur consiliū achitophel. secundo ipsi⁹ dicti. ibi: Ait aūt absalon. Circa ꝓmū dr̄: Dixit q; achitophel. volens absorbere dauid ex cā predicta. n Eligā mihi .xij. milia virorū. tot enī videbāt sufficere ad debellandū dauid ⁊ eius exercitū. qz erāt fugitivi ⁊ stupefacti de b qō acciderat o Et ꝓsurgēs pseq̄r ⁊c.] anteq̄ possit aliqō fortaliciū intrare. ⁊ ibidem ꝓpin sibi fauentē recolligere. p Et irruēs sup eū quippe qui lassus est. i. ex itinere fatigat⁹. q Et solutis manib⁹. i. destitutis viribus. r Percutiā eū. tanq̄ facilē ad debellandū. s Et reducam vniuersum populū. ad obediendum tibi. t Unū enim virum tu queris. s. dauid. v Et omnis populus erit in pace. i. eo interfecto omnes obediēt tibi pacifice. x Placuit⁹ sermo eius absalon ⁊c. tanq̄ valde accōmodus ad finem intentū licz malū. a Ait aūt

dñs vniuersum sanguinē domus saul: quoniā inuasisti regnū ꝓ eo. ⁊ dedit dñs regnū in manu absalon filij tui. ⁊ ecce ꝑmunt te mala tua quoniā vir sanguinū es. Dixit autem abisai filius saruie regi: Quare maledicit canis hic morituus domino meo regi? Vadam ⁊ amputabo caput eius. Et ait rex: Quid mihi ⁊ vobis est filij saruie? Dimittite eum ut maledicat. Dñs enī p̄cepit ei ut malediceret dauid. Et quis est qui audeat dicere quare sic fecerit? Et ait rex abisai ⁊ vniuersis seruis suis: Ecce filius meus qui egressus est de vtero meo] querit animam meam: q̄nto magis hic filius gemini maledicet mihi? Dimittite eum ut maledicat iuxta preceptum domini: si forte respiciat dñs afflictionē meā: ⁊ reddat mihi dñs bonum pro maledictiōe hac hodierna. Ambulabat itaq; dauid ⁊ socij eius per viam cum eo: semei autem per iugum montis ex latere cōtra illum gradiebat maledicēs: ⁊ mittens lapides aduersum eū terrāq; spargens. Venit itaq; rex dauid ⁊ vniuersus ꝓplus cum eo lassus. ⁊ refocillati sunt ibi. Absalon autem ⁊ omnis populus eius ingressi sunt ierm: sz ⁊ achitophel cum eo. Cū aūt venisset chusi archites amicus dauid ad absalon: locut⁹ est ad eum: Salue rex: salue rex. Ad quem absalon. Hec est inquit gratia tua ad amicū tuū? Quare nō iuisti cum amico tuo? Respondit⁹ chusi ad absalon: Nequaq̄: qz illius ero quem elegit dñs. ⁊ omnis hic ꝓplus ⁊ vniuersus israel: ⁊ cum eo manebo. Sed ut ⁊ hoc inferā: cui ego seruturus sum: Nōne filio regis? Sicut parui pri tuo: ita parebo ⁊ tibi. Dixit aūt absalō ad achitophel: Inite ꝓsiliū q̄d agere debeamus. Et ait achitophel ad absalon: Ingredē ad concubinas patris tui quas dimisit ad custodiendā domū: ut⁹ cum audierit omnis israel q; fedaueris patrem tuū: roborent tecum manus eorū.] Extenderunt ergo absalon tabernaculū in solario. ingressusq; est ad cōcubinas patris sui coz̄ vniuerso israel. Consiliū aūt achitophel q̄ dabat in dieb⁹ illis: quasi si quis consuleret verbum.] Sic erat omne consiliū achitophel: ⁊ cum esset cum dauid: ⁊ cum esset cū absalon.

XVII

bierusalē. ⁊ hoc petit hic salomon cū dicit: a Et orauerint te p̄ viam terre sue ⁊c̄. Vñ Dañ. vj. dicit ꝙ ipse existens in chaldea fenestris apert̄ ꝓtra bierusalē trib⁹ ī die ꝛ̄pōrib⁹ flectebat genua sua ⁊ adorabat ⁊c̄. ⁊ pz lrā vsq; ibi: b Quos eduxisti de fra egypti de medio fornacis ferree. i. dure ad modū ferri, labor eni filiorū isrl̄ faciēdo lateres ⁊ coquēdo in fornace erateis mimis durus. ut hr̄ ī Exo. c Tu eni separasti eos dando eis legē speciale. ⁊ per signū circūcisionis in carne. cetera patent in lrā. d Factū est autē hic ponit ꝓphi benedictio post orationē salomonis cū dicit: e Surrexit de ꝓspū altar dñi. ut benedicēt ꝓplo. vtrūq; eni genu in terrā fixerat. ij. Paral. vj. dicit ꝙ fecerat basim eneam: stetitq; sup eā. ⁊ veniens flexis genibus fecit orationem predictam. ⁊ sic nō super terrā. Dicendū ꝙ b vtiť scriptura modo loquēdi cōmuni. quo aliq̄s dicit flectere genua ad terram etiā dato ꝙ sit in solario ⁊ multo fortius hic. quia basis illa nō multū distabat a terra: qz tm̄ distabat tribus cubitis. f Et bñdixit omni ecclesie isrl̄. non illa bñdictiōe que p̄tinet ad officiū sacerdotale: ꝑ imprecādo ꝓplo bona ⁊ regratiando de bonis p̄teritis dicens: g Benedictus dñs deus q̄ dedit requiē populo suo ⁊c̄. ⁊ de precādo ꝑ futuris dicens: h Sit dñs deus noster nobiscū ⁊c̄. ⁊ patz lrā vsq; ibi: i Appropinquantes dño deo nostro. i. exaudibiles coram eo. cetera patent vsq; ibi: k In die illa sanctificauit rex medium atrij. i. pauimētū atrij sacerdotū ꝙe altare holocaustorū. qđ non erat recte in medio ante templū: ꝑ declinabat ad partem aquilonarem. altare eni holocaustorum qđ fecerat salomon: licz esset restitutum ere exteri⁹ interius tamē erat de lapidibus impolitis. ⁊ ideo pauimentū atrij in necessitate poterat ad op⁹ cōsimile applicari ⁊ sanctificari: ista tamē sanctificatio fuit facta ꝓ pontificem. ad cui⁹ officiū hoc spectabat. quia tamē hoc factū fuit ad instinctum regis: dicit rex ꝑ feciſſe. l Ab introitu emath. qui est in termino aquilonari terre ꝓmissionis. m Usq; ad riuū egypti. qui vocat riuocozula. ⁊ est in ēmino australi terre ꝓmissionis. ⁊ inter istos duos terminos est eius longitudo. n Septem diebus. ꝓ dedicatione o Et septem diebus. ꝓ festo tabernaculorū: qđ incepit die. xv. mēsis septimi. ⁊ sic tertia die ꝑme septene fuit festū expiatiōis cōcurrēs. s. decima die mēsis septimi. ⁊ sic tūc fuit duplex festū. p Et ī die octauo dimisit pplos. nō ꝙ illa die recesserint: qz fuit dies collecte. tamen illa die dedit licentiā ꝙ in crastino possent recedere: quia die octauo fecit collectā. ⁊ in crastino recesserūt. s. xxiij. die mensis septimi ut plenius habet. ij. Paral. vij. q Letantes ⁊ alacri ⁊c̄.] in cōplemento ⁊ dedicatiōe dom⁹ dñi ꝙ filiū sibi succedentē i regno suo sicut ꝓmissū ei fuerat. ut hr̄s. ij. li. ca. vij. Hebrei aūt aliē exponūt. d. ꝙ cum sacerdotes vellent introducere archā in templum: porte clauserunt se: ⁊ cū sacerdotes ꝙ apertione impetranda cantarent psalmū cētesimū tricesimū primū. vbi dicitur Surge dñe in requiē tuam tu ⁊ archa sanctificatiōis tue. ⁊ cū venirēt ad illū versū: Propter david seruū tuū. i ꝓpter eius merita. ille auertas faciē xp̄i tui. i. salomōis in regē vncti. denegādo ingressū arche intra locū quē ꝑparauit. tūc porte aperuerūt se. ad oñdēdū ꝙ de⁹ acceptauit locū ꝙe merita ipsius dauid. qđ videntes ppli qui astabant letantes deum laudauerūt. ⁊ hoc est qđ dicit: Letantes ⁊ alacri corde super oib⁹ bonis que fecerat de⁹ dauid. ⁊ hoc videt cōsonari ei qđ subditur. ij. Paral. vj. ī fine. r Cap. ix

captiuitate sua dicentes: peccauimus: inique egimus: impie gessimus: ⁊ reuersi fuerint ad te in vniuerso corde suo: ⁊ tota anima sua ī terra inimicorum suorum ad quam captiui ducti fuerint: ⁊ᵒ orauerint te contra viā terre sue quā dedisti patribus eorum. ⁊ ciuitatis quā elegisti ⁊ templi qđ edificaui noī tuo: exaudies in celo in firmamento solij tui: orationes eorū ⁊ preces eorum: ⁊ facies iudicium eorum: ⁊ ꝓpitiaberis populo tuo qui peccauit tibi: ⁊ oīb⁹ iniquitatib⁹ eorum quib⁹ preuaricati sunt in te: ⁊ dabis misericordiā coram eis qui eos captiuos habuerint ut misereantur eis. Populus eni tuus est ⁊ hereditas tua quos ᵇ eduxisti de terra egypti de medio fornacis ferree ut sint oculi tui aperti ad deprecationē serui tui ⁊ populi tui isrl̄ ⁊ exaudies eos in vniuersis ꝙ quibus invocauerint te. Tu ᶜ eni separasti eos tibi ī hereditatē de vniuersis populis terre sicut locutus es ꝑ moysen seruū tuū qñ eduxisti patres nostros de egypto dñe deus. Factum ᵈ est aūt cum cōplesset salomon orans dominū omnem orationē ⁊ deprecationem hanc: surrexit ᵉ de conspectu altaris dñi. Ultrūq; enim genu in terram fixerat: ⁊ manus expanderat ad celum. Stetit ergo ⁊ᶠ benedixit omni ecclesie isrl̄ voce magna dicēs Benedictus ᵍ dominus deus ʰ qui dedit requiē populo suo isrl̄ iuxta oīa que locutus est. Non cecidit ne vnus quidem sermo ex omnibus bonis que locutus est ꝑ moysen seruū suū. Sit ᵇ dominus deus noster nobiscū sicut fuit cum patribus nostris non derelinquens nos neq; ꝓiciens: sed inclinet corda nra ad se ut ambulemus in vniuersis vijs eius ⁊ custodiam⁹ mandata eius ⁊ cerimonias ⁊ iudicia que cūq; mandauit patrib⁹ nostris: ⁊ sint sermōes mei isti quibus deprecatus sum coram dño appropinquātes ⁱ domino deo nostro die ac nocte ut faciat iudicium seruo suo ⁊ populo suo isrl̄ ꝑ singulos dies: ⁊ sciant oēs populi terre quia dñs ipse est de⁹ ⁊ nō est vltra absq; eo Sit quoq; cor nostrū pfectū cū domino deo nostro: ut ambulemus in decretis eius: ⁊ custodiam⁹ mandata eius: sicut ⁊ hodie. Igit̄ rex ⁊ omnis isrl̄ cum eo ĩmolabāt victimas coram domino. Immactauitq; salomon hostias pacificas quas ĩmolauit dño: bouum viginti duo milia ⁊ ouiū centū viginti milia. Et dedicauerūt templū dñi rex ⁊ filij israel. Jn ᵏ die illa sanctificauit rex medium atrij qđ erat ante domū domini. Fecit quippe holocaustū ibi ⁊ sacrificium ⁊ adipem pacificorū: qm̄ altare ereum quod erat coram dño minus erat: ⁊ capere non poterat holocaustū ⁊ sacrificiū ⁊ adipē pacificorū. Fecit ergo salomon in tempore illo festiuitatem celebrē: ⁊ omnis israel cum eo multitudo magna ab ˡ introitu emath vsq; ᵐ ad riuū egypti coram dño deo nostro septem ⁿ diebus ⁊ septē ᵒ diebus i. quatuordecim diebus: ⁊ᵖ i die octauo dimisit populos. Qui benedicentes regi profecti sunt in tabernacula sua: letantes ᵍ ⁊ alacri corde: sup omnib⁹ bonis que fecerat dominus dauid seruo suo:] ⁊ israel populo suo.

Actum ˢ est autē ix cum pfecisset salomon edificium domus dñi ⁊ edificiū regis ⁊ omne quod optauerat: ⁊ voluerat facere: Actum est autē. hic cōsequent agit̄ de remuneratione edificatiū. ⁊ ꝑ salomonis q̄ fuit principalis in edificando. secundo birā regis tyri qui iuuit eum ligna ministrando. ibi: Expletis aut̄. tertio populi israel qui cooperatus fuit

in laboribus ⁊ expensis ibi: Hec est ſūma expensarū. Remuneratio aūt salomonis ꝛscribitur ꝓ hoc ꝙ sibi diuinitus fuit reuelatū oratiōe eius esse exauditam cum dicit: Apparuit ei dñs secundo. quia ꝓmo apparuerat ei in principio regni sui ut dictū ē ſ. iij. ca. patz ꝙ ista apparitio fuit in somnis sicut ⁊ illa. ⁊ b exꝓsse dr. ij. Paral' vij. b Sanctificaui domū hanc. i. applicaui ⁊ dedicaui meo cultui. c Tu quoq; si ambulaueris coram me, sancte ⁊ iuste viuēdo. ideo subdit: d In simplicitate cordis. i. in innocētia. e Et in equitate. i. in iusticia. cetera patent in hīs vsq; ibi: f Auferā isrl' de superficie ꝛre. eos captiuādo. g Et templū qđ sanctificaui noī meo ꝓijciā a cōspectu meo. ipsū destruēdo. qđ factū fuit postea ꝓ nabuchodonosor: ut habet infra. iiij. li. xxv. h Eritq; populus israel in ꝓuerbiū. qz oēs loquentur de eius deiectione ⁊ captiuitate. i Et in fabulam. quia i narratione taliū multa falsa immiscent. k Et domus hec erit in exemplū. diuine offensiōis. l Omnis qui trāsierit ꝓ eam stupebit. ꝓ admiratiōe vltionis diuine. m Et sibilabit. sic solent facē homines quando vident casum subitū alicui⁹ rei magne. n Expletis aūt. hic cōsequenter ꝛscribitur ipsi⁹ hirā remuneratio. ⁊ ꝓmo ponitur tempus. cū dicitur: o Annis viginti postq; edificauerat salomon. quia septē annos posuit i edificatione templi ⁊ tredecim in edificatione dom⁹ sue. ut dictū est supꝝ in fine sexti capituli ⁊ in ꝓncipio septimi. p Tunc dedit salomon hirā viginti oppida. in recompensatione ligniorū ⁊ aliorum que ei ministrauerat. q Et egressus est hirā. ſ. rex tyri. r Et appellauit eas terram chabul. quod sonat displicentiā. ut dicūt aliqui. ⁊ hoc in lingua phenicea cuius erat hirā. ⁊ hoc cōsonat ei quod ꝓmittitur. Et nō placuerūt ei. Dicit ꝙ Ra. Sa. ꝙ sonat tenacitatem in hebreo. quia illa terra est lutosa ⁊ adherens pedib⁹

apparuit ei dñs secundo: sicut[a] apparuerat ei i gabaō. Dixitq; dñs ad eum: Exaudiui orationem tuam ⁊ deprecationē tuā quā deprecatus es coram me. Sanctificaui[b] domū hāc quā edificasti ut ponerē nomē meū ibi in sempiternū: ⁊ erūt oculi mei ⁊ cor meū ibi cunctis diebꝫ Tu[c] quoq; si ambulaueris coram me sicut ambulauit pater tuus in[d] simplicitate cordis ⁊[e] in equitate: ⁊ feceris oia que precepi tibi: ⁊ iudicia mea seruaueris ⁊ legitima mea: ponā thronū regni tui super israel in sempiternū sicut locutus sum dauid patri tuo dicens: nō auferetur vir de genere tuo de solio israel. Si autem auersione auersi fueritis vos ⁊ filij vestri nō sequētes me nec custodientes mādata mea ⁊ cerimonias quas ꝓposui vobis: sed abieritis ⁊ colueritis deos alienos ⁊ adoraueritis eos: auferam[f] israel de superficie terre quā dedi eis: ⁊[g] templum qđ sanctificaui nomini meo ꝓijciā a conspectu meo: eritq;[h] israel in ꝓuerbiū ⁊[i] in fabulā cunctis populis: ⁊[k] domus hec erit in exemplū. Omis[l] qui trāsierit ꝓ eam stupebit: ⁊[m] sibilabit ⁊ dicet: Quare fecit dñs sic terre huic ⁊ domui huic? Et respondebunt: Quia dereliquerunt dñm deū suū: qui eduxit patres eorū de terra egypti: ⁊ secuti sūt deos alienos ⁊ coluerūt eos: ⁊ adorauerunt eos: idcirco induxit dñs sup eos omne malum hoc Expletis[n] aūt annis [o] viginti postq; edificauerat salomō duas domos. i. domū dñi ⁊ domū

[a] Sicut apparuerat ei in gabaon. ex q̄ ideo sic vocauit eam. [s] Hec est ſūma expensarū. Hic ꝓsequenter ponit remuneratio populi: ⁊ diuidit in duas. in partē principalem ⁊ incidentalem. secunda ibi: Filia autē pharaonis. Remuneratio autem populi consistit in tona dispositione ipsius. que maxime prouenit ex tribus. ſ. ex tona munitione fortaliciorū. ⁊ subiectione aduersariorum. ⁊ ex libertate ciuiū. secundū ponit ibi: Uniuersū populum. tertium ibi: De filijs aūt israel. Circa primū dicit Hec est ſūma expensarū quam obtulit salomon. In hebreo habet: Hic est census quem leuauit salomon. ⁊ scōm eos non refertur ad litteram immediate precedentem. ſ. ad. cxx. talenta auri que misit hirā. ꝙ ad illud qđ postea subdit de alienigenis quos salomon fecit tributarios. ſ. ad portandū onera i operib⁹ que ꝙ exprimūt. [t] Et murum hierusalē. quē fecit triplicem. ut supꝝ dictum est. iij. ca. [v] Et hesor ⁊ mageddo ⁊ gacer. nomina sunt fortaliciorū. [x] Pharao rex egypti ascendit ꝛc. Hic respondetur tacite questioni. qz posset aliqs querē quare muniuit gaçer cum non esset sub eius potestate. ⁊ ideo ponit hic quomodo pharao rex egypti cepit terram illam ⁊ dedit illā filie sue in dotem. ⁊ sic facta est sub ditione salomonis. [y] Muniuit ⁊ ciuitates curruū ⁊ ciuitates equitum ꝛc. id ē vbi reseruarentur curr⁹ bellici ⁊ arma ad resistēdum aduersarijs si insurgerent. [z] Uniuersum populum qui remāserat. Hic ponit secundū. scilz subiectio aduersariorum cum dicit: Uniuersum populum qui remanserat de āmonitis ⁊ de etheis ꝛc. fecit salomon tributarios. Si hoc fecit cupiditate tributi ⁊ absq; ꝙ cōuerterent ad iudaismū. ut dicunt aliqui. tūc peccauit dupliciter. ſ. peccato auaricie ⁊ inobedientie. quia dominus precepꝛat illos exterminari. ut habet Numeri. xxxiij. ca. Si aūt fuerūt cōuersi ad iudaismum: ⁊ fecit

regis: hiram rege tyri ꝓbente salomoni ligna cedrina ⁊ abiegna ⁊ aurū iuxta oē qđ opus habuerat: tunc[p] dedit salomō hiram viginti oppida in terra galilee. Et[q] egressus est hiram de tyro ut videret oppida q̄ dederat ei salomon: ⁊ non placuerunt ei. Et ait: Hecine sūt ciuitates q̄s dedisti mihi frāt? Et[r] appellauit eas terram chabul vsq; in diē hāc. Misit ergo hirā ad regem salomonē centū viginti talenta auri. Hec[s] ē ſūma expēsarū quā obtulit salomon rex ad edificandum domū dñi ⁊ domū suā ⁊ mello ⁊[t] murum hierusalem ⁊[v] heser ⁊ mageddo ⁊ gaçer. Pharao[x] rex egypti ascendit ⁊ cepit gaçer succēditq; eā igni: ⁊ chananeū qui habitabat in ciuitate interfecit: ⁊ dedit eam in dotē filie sue vxori salomonis. Edificauit ergo salomō gaçer ⁊ bethoron inferiorē ⁊ balaath ⁊ palmirā in terra solitudinis: ⁊ oēs vicos q̄ ad septimebant ⁊ erāt absq; muro: muniuit[y] ⁊ ciuitates curruū ⁊ ciuitates equitū ⁊ qđcunq; ei placuit: ut edificaret in hierusalem ⁊ in libano ⁊ in oī terra potestatis sue. Uniuersū[z] populū qui remanserat de āmonitis ⁊ de etheis ⁊ pherezeis ⁊ eueis ⁊ iebuseis q̄ non sunt de filijs israel: horū filios qui remanserant in terra quos ſ. non potuerant filij israel exterminare: fecit salomō tributarios vsq; in diem hanc. De[a] filijs autem israel nō [b] constituit salomon seruire quemq;: sed [c] erant viri bellatores ⁊ ministri ei⁹ ⁊ principes ⁊ duces ⁊ ꝓfecti

eos seruos ut filijs israel parceret alabore ⁊ nō ductus cupiditate. fortsitan non peccauit sicut dictum fuit de gabaonitis Josue. ix. qui quersi ad iudaismū facti sunt in obsequiū tot⁹ multitudinis q̄uis essent de populis quos dñs iusserat exterminari. [a] De filijs autē israel. Hic ponit tertiū. ſ. libertas ciuiū. cum dicit: [b] Nō constituit salomon seruire quēq;. ſ. in opibus vilib⁹ ⁊ ruralib⁹: ꝙ fiebant talia opera ꝓ alienigenas ad iudaismū cōuersos: occupabant tamē in operibus nobilib⁹. ideo subdit: [c] Sed erāt viri bellatores ꝛc.

ꝛ patz. a Filia aũt pharaonis. Hec est pars incidentalis in qua ponunt aliqua incidentia. Quoꝝ primũ ẽt translatio vxoris sue ad domũ quã ei edificauerat. cui⁹ ratio ponit. ij. Paral. viij. videlz ꝙ arcba dñi fuerat in ciuitate dauid. ut patz ex p̃cedentibus. ꝛ p hoc erat sanctificata. ꝓpter qđ nõ erat dignũ ꝙ mulier habitaret in ea nisi ad tẽp⁹. s. q̃usq; dom⁹ eius esset edificata. Secundũ est de edificatiõe mello. Dicũt hebrei ꝙ ibi erat quedã platea prope templũ quã dauid dimiserat apertã ad hoc ꝙ venientes de longe possent ibi manere in solẽnitate pasce quãdo nõ habebãt hospitia ꝛ ut essent prope templũ deuotiõis causa quam salomon clausit. ꝛ quandã voraginẽ ibi existentem terra impleuit: edificãs ibi tabernacula pro seruis ꝛ ancillis filie pharaonis. cuius domus erat iuxta. ꝛ in hoc peccauit. Tertiũ incidens ẽ de oblatione salomonis ibi: b Offerebat quoq; salomon tribus vicibus p annos singulos. s. in festiuitatib⁹ pasce. pentecostes ꝛ tabernaculorũ. c Et adolebat thymiama. nõ ꝙ seipsũ. ẽ ꝙ pontificem ad cuius spectabat officiũ. Quartũ est de eius nauigio. cũ dicit d Classem quoq; fecit rẽ. ꝛ patz littera vsq; ibi e Qui cũ venissent in ophir. nomen est prouincie in india. in qua sunt montes habentes mineras auri: sed a leonibus ꝛ bestijs seuissimis habitant: propter quod nullus ibi audet accedẽ: nisi naui stante, ꝙe littus ad refugiũ. ꝛ tunc naute explorantes horam qua dicte bestie se elongãt: subito exeũt ꝛ terrã effossam vngubus leonũ in nauẽ ꝓjciunt ꝛ recedũt: que terra postea in fornacem ꝓjcitur. ꝛ qđ est ibi impuritatis consumitur ꝛ amouet⁹ virtute ignis ꝛ remanet aurum purum.

f Cap. x.

Sed ꝛ regina saba. Descripta gloria salomõis in familijs ꝛ edificijs. hic ꝓsequẽs describit in opulentijs. ꝛ ꝓmo ex amplitudine supꝑtuũ. secundo ex multitudine. puentuũ. ibi: Erat aũt pondus auri. tertio ex magnitudine effectuũ. ibi: Fecit quoq; rex. Circa primũ ꝓsiderandũ ꝙ admiratio consurgit ex inspectione rei magne ꝛ insolite. qđ potest esse dupliciter. Uno modo ꝑm quid. ꝛ hoc modo paruis ꝓsonis ꝛ simplicibus que nõ ꝓsueuerũt videre magna aliquid ẽ magnũ ꝛ insolitũ licz alijs sit mediocre uel paruũ. Alio mõ simpliciter. s. illud qđ est magnũ ꝛ insolitum ꝓsonis magnis ꝛ assuetis ad magna ꝓvidenda. curruũ ꝛ equoꝝ. Erant autem principes sup omnia opa salomonis prepositi quingenti qñquaginta q̃ habebant subiectũ populum: ꝛ statutis operibus imperabãt. Filia[a] aũt pharaonis ascẽdit de ciuitate dauid in domũ suam quã edificauerat ei salomon. Tũc edificauit mello Offerebat[b] quoq; salomon tribus vicibus p annos singulos holocausta ꝛ pacificas victimas sup altare qđ edificauerat dño: ꝛ[c] adolebat thymiama coram dño. Perfectũq; ẽ templũ Classem[d] quoq; fecit rex salomon in asiongaber que ẽ iuxta baylã in littore maris rubri in terra idumee. Mittitq; hiram in classe illa seruos suos viros nauticos ꝛ gnaros maris cum seruis salomonis: qui[e] cum venissent in ophir sumptum inde aurũ quadringentorũ viginti talentorum detulerunt ad regẽ salomonem.

x

Sed[f] ꝛ regina saba audita fama salomonis: in[g] noie dñi venit tẽtare[h] eum in enigmatibus. Et ingressa hierusalem multo cũ comitatu ꝛ diuitijs: camelis portantibus aromata ꝛ aurum infinitum nimis ꝛ gẽmas pretiosas venit ad regem salomonẽ ꝛ locuta est ei vniuersa que habebat in corde suo. Et docuit eã salomon omnia verba que ꝓposuit. Nõ fuit sermo qui regem posset latere: ꝛ nõ responderet ei. Videns[i] autẽ regina saba omnẽ sapientiã salomonis: ꝛ[k] domũ quam edificauerat: ꝛ cibos mense eius: ꝛ habitacula seruorum ꝛ ordines ministrantium: vestesq; eorũ ꝛ pincernas ꝛ[m] holocausta q̃ offerebat in domo dñi. ⁊ nõ "habebat vltra spm̃: dixitq; ad regẽ: Verus est sermo quẽ audiui in terra mea sup sermonibus tuis ꝛ sup sapientia tua: ꝛ nõ credebam narrantibus mihi donec ipsa veni ꝛ vidi oculis meis: ꝛ ꝓbaui ꝙ media pars mihi nũciata non fuerit. Maior est sapientia tua ꝛ opera tua q̃s rumor quẽ audiui. Beati viri tui ꝛ beati serui tui hi qui stant coram te semp ꝛ audiunt sapientiam tuã. Sit dominus deus tuus benedict⁹ cui complacuisti ꝛ posuit te sup thronũ isrl: eo ꝙ dilexerit dñs israel in sempiternũ: ꝛ constituit te regem ut faceres iudiciũ ꝛ iusticiam. Dedit ergo regi centũ viginti talẽta auri ꝛ aromata multa nimis ꝛ gemmas pretiosas. Non sũt allata vltra aromata tã multa q̃s ea que dedit regina saba regi salomoni. Sꝫ ꝛ classis hirã que portabat aurum de ophir: attulit[o] ex ophir ligna thina multa nimis ꝛ gemmas pretiosas. Fecitq;[p] rex de lignis thinis fulcra domus dñi ꝛ domus regie: ꝛ[q] citharas lyrasq; cantoribus. Non sũt allata huiusmodi ligna thina neq; visa vsq; in presentẽ diem. Rex[r] aũt salomon dedit regine saba oĩa que voluit ꝛ petiuit ab eo: ⁊ exceptis[s] bis que vltro obtulerat ei munere regio. ⁊ Que reuersa est ꝛ abiit in terram suam cum seruis suis. Erat[t] aũt pondus auri quod offerebat salomoni p annos singulos sexcentorum sexaginta sex talentorum auri: excepto eo qđ offerebãt viri q̃ sup vectigalia erant ꝛ negotiatores ꝛ omnes reges arabie ꝛ duces terre: hi deferebant aurum ⁊ argentum salomoni. Fecitq; rex salomon de auro ducenta scuta ex quibus singula trecentos siclos auri habebant. Et trecentas parmas ex auro purissimo: quarum singulas trecenti aurei pendebant. Posuitq; eas rex in domo saltus libani. Fecit quoq; rex thronum eburneum grandem: quem vestiuit auro purissimo. Sex gradus habebat thronus: ⁊ summitas throni rotunda erat per circuitum. Et duo brachia hinc inde tenentia sedile: ⁊ duo leones stantes iuxta brachia singula. Et duodecim alii leones stabant ex vtraq; parte in sex gradibus per singulos gradus. Non est factum tale opus in vniuersis regnis terre. Omne vas de quo bibebat rex salomon aureum erat: ⁊ omnia vasa domus saltus libani de auro purissimo. Non erat argentum: quia pro nihilo reputabatur in diebus salomonis. Naues enim regis ibant in tharsis cum seruis hiram semel per tres annos: ⁊ deferebant inde aurum ⁊ argentum dentes elephantum ⁊ simias ⁊ pauones. Et magnificatus est rex salomon super omnes reges terre diuitijs ⁊ sapientia. Et vniuersa regna terre desiderabant videre faciem salomonis: vt audirent sapientiam eius quam dominus dederat in corde eius. Singuli quoq; deferebant munera sua vasa argentea ⁊ aurea vestes ⁊ arma ⁊ aromata equos ⁊ mulos per singulos annos. Congregauit quoq; salomon equites ⁊ habuit quadringentos quadraginta equos ⁊ duodecim milia equitum: quos collocauit in ciuitatibus quadrigarum ⁊ cum rege in hierusalem. Et erat argentum quasi lapides in hierusalem ⁊ cedrus quasi sycomori que nascuntur in campestribus regionibus multitudine. Et habebat salomon equos emissarios ⁊ de cilicia. Mercatores regis emebant ⁊ de cilicia pretio. Ascendebat ⁊ quadriga de egypto sexcentis argenteis ⁊ equus centum quinquaginta. Sic omnibus regibus hettheorum ⁊ regibus syrie per manus eorum ducebantur. Dormiuit autem salomon cum patribus suis: ⁊ sepultus est in ciuitate dauid patris sui. Regnauit autem roboam filius eius pro eo.

Regina ꝙq; saba erat prudẽtissima ꝛ potẽtissima ꝛ ꝓ ꝓsequẽs assueta ad magna. ꝛ tã videns sapientiã salomonis ꝛ potẽtiã in sumptib⁹ magnis fuit valde admirata. Ex quo ꝓz magnificentie salomonis excellẽtia. ꝛ hoc est qđ dicit: Sed ꝛ regina saba audita fama salomonis. que diuulgabat vbiq;. g In noie dñi venit. ex quo ꝓz eã fuisse dei cultricẽ q̃uis non teneret moysi legẽ q̃ ad eã nõ tenebat. h Tentare eũ in enigmatibus. i. obscuris ꝛ dubijs questionibus. i Videns aũt re. sa. cẽm sapien. salo. ex solutionib⁹ dubiorum. k Et domũ quã edificauerat. i. domos. ut ꝓz ex ꝑdictis l Vestesq; eorũ. habebant eni ministri eius vestes distinctas ꝑm diuisa officia. ex qb⁹ stati cognoscebat officium cuiuslibet. m Et holocausta q̃ rẽ. ⁊ qz sic dicit Joseph⁹ oi die in tẽplo offerebãt multa sacrificia ꝓ eo. ꝛ eodem mõ dr. ij. Paral. ix Et victimas quas immolabat in domo dñi. Ra. Sa. dicit ꝙ hec ẽ vera littera Et ascensũ per quẽ ascẽdebat in domo dñi. erat eni de domo regis ad tẽplũ quedã via ꝙ grad⁹ valde sumptuose ꝛ artificiose facta. ꝛ huic dicto ꝓsonat qđ hr. ca. ꝓcedenti ꝙ salomon tribus vicib⁹ offerebat in ãno. Ex quo videt ꝙ nõ faciebat quotidie solẽnitatẽ oblationũ. sicut Josephus dic. n Nõ habebat vltra spm̃. in q̃ vesigẽ ipsi⁹ admiratio. ceꝛa parẽt vsq; ibi: o Attulit ex ophir ligna thina. in li. de ꝓpetatibus rerũ dr ꝙ sũt lig̃ valde alba ꝛ polita ita ꝙ imagines ibi resultant. p Fecitq; rex de lignis thinis fulcra. a fulciẽdo dicta ad fortificandũ templũ ꝛ domũ regis. Ra. Sa. dic ꝙ fecit inde gradus ad ascendẽdũ de domo regia in domũ dñi. ꝛ ꝓpe hoc regina saba de illo ascensu fuit admirata. ꝛ dicũt hic fulcra a fulciendo. qz in lateribus ascensus ꝑdicti erãt ista ligna ad hoc ꝙ ascendẽtes ꝛ descendẽtes appodiarẽt se ibi: q Et citharas lyrasq; cantorib⁹. i. varia instrumẽta musica ad cantãdũ laudes dinas i domo dñi ꝓ leuitas. r Rex aũt salomõ rẽ. ⁊

dicit Ra. Sa. q̄ p hoc notant̄ solutiones q̄stionū quas ipsa ꝓposuit. Alij vo dicūt q̄ fuerūt q̄dā semina ⁊ ꝟsimilia que nō habebant in terra sua sed in ẽra ysrael abundabāt, ꝓpẽ quod talia petiuit absq; rubore: q; nō erāt magni valoris. s Exceptis bis ⁊c. ⌋ ⁊ ista fuerūt magna ⁊ pciosa. t Erat aūt pondus. Hic consequenter declaratur multitudo, pulchritudo ⁊ pz lrā vsq; ibi: a Et oēs reges arabie ⁊c. q; veniebāt de diuersis partib⁹ orbis ad audiendū sapiētiā salomonis referentes ei munera: vasa aurea ⁊ argentea ⁊ plura alia, ut hr̄. j. eadem ea. b Fecit q̄; rex. Hic ꝓ̄ñ ostendit opulentia salomonis in magnitudine ⁊ pulchritudine effectuū. cū dr̄: Fecit q̄; rex sa. cc. scuta de auro pu. s. exteri⁹: sed interi⁹ erant de alia materia ꝛō subdit: c In lamina scuti vni⁹. s. ad cooperiendum ipsū. d Et. ccc. peltas. ⁊ dicunt a pellēdo, q; repellūt ictus. ⁊ sunt circulari figure. e Trecentos mine auri. ꝟm q̄ dic̄ Ra. Sa. mina ē gen⁹ nūmi determinati ponderis. ⁊ est satis min⁹ q̄; pondus talenti. uel mina ut dicit Ysidor⁹ in ꝓderib⁹ centū dragmis appendit. ⁊ est nomen grecū. f Fecit etiā rex thronū de ebore grādē. & fuit aliud opus valde pulchrū ⁊ sūptuosū g Qui hēbat sex grad⁹. p quos ascēdebat ad sedile. h Et sūmitas throni rotūda, sicut fit frequenē in cathedris ligneis. i Et due man⁹ hinc atq; inde. s. in pte anteriori. k Et duo leones. ibi sculpti. ⁊ ista fiebāt ad decorē ⁊ sumptuositatē opis. cetera patēt vsq; ibi: l Nō erat argentū ⁊c. hoc est q; erat modici pcij respectiue. ꝓpẽ qđ vasa dom⁹ salomonis erant aurea. Cetera patēt vsq; ibi: m Fecitq; ut tāta eēt abundātia argenti ⁊c. ⌋ hyperbole ē: ad denotandū excessū multitudinis argēti ⁊ lignoꝝ cedri. n Et educebant̄ eq̄ salomoni de egypto ⁊ de choa. q; ibi emebāt̄. eo q; ibi nascunt̄ equi fortes ⁊ boni. ⁊ ꝟm istā trāslationē choa ē nomē ꝓpriū loci. Dicit aūt Ra. Sa. q; ē nomen appellatiuū ⁊ sigt cōgregationē uel societatē: ⁊ ꝟm hoc debet fieri punctus Et educebāt̄ equi salomoni de egypto. ⁊ sequit̄ talis lnia. o Et de choa negociatores ⁊c. ⁊ hoc est. societas uel multitudo mercatorū regis accepit multitudinē in emptiōe. qđ exponēs Ra. Sa. dicit q; mercatores salomonis emebant oēs equos egypti. ita q; alij reges nō poterāt habere nisi p eos. vñ in fine huius ca. dicitur: Atq; in hunc modū cuncti reges ethеorū ⁊ syrie equos venūdabant. In hebreo habet̄: Et cuncti reges ethеorum ⁊ syrie p man⁹ eorū. simple equos emebant. i. p man⁹ mercatorū salomonis. ⁊ inde ꝓueniebat ei magnū lucrū. p Egrediebatur aūt. i. emebat̄ quadriga. i. quatuor equi curruales. q Sexcentis siclis. ⁊ sic quilibz equus vendebat̄. cl. siclis. Moraliter aūt thron⁹ salomonis est hēata ꝙgo in cui⁹ gremio sedit verus rex pacific⁹ ihs xp̄s tanq̄; i regali solio. Iste thronus dicit eburneus candore continentie virginalis: aureus fulgore sapientie supernaturalis. due manus. sūt impletio mādatorū: ⁊ superogatio cōsiliorū. Sex grad⁹ sex virtutes in ꝙgine excellentes. s. humilitatis teneor: pauptatis amor: honestatis decor: pietatis dulcor: longanimitatis vigor: caritatis feruor. Per leones ꝙo designant̄ prātis terror. ꝟm q̄ dr̄ Cant̄. vj. Terribilis ut castroꝝ acies ordinata. s. ad debellādū aereas prātes p bui⁹ ꝙginis ꝙtutē ⁊ merita. r Cap. xj.

Rex aūt salomon. Postq̄; descriptū est temp⁹ in quo floruit regnū dauid sub salomone. hic ꝓ̄ñ describit temp⁹ in quo sub eodem incepit declinare. ⁊ ꝙ describitur salomonis trāsgressio. 2° pene cōminatio ibi: Igit̄ iratus ē dñs. 3° aduersariorū suscitatio ibi: Suscitauit aūt̄. 4° mors salomonis ⁊ tumulatio. ibi: Reliquū aūt̄. Circa primū ostendit̄ primo trāsgressio salomonis in peccato luxurie. secundo in peccato idolatrie. ibi: Cumq; iam eēt senex. Circa primū dicit̄: Rex aūt salomon adamauit. i. ardenē amauit. ut postea subdit̄ s Mulieres alienigenas multas. ⁊ sic triplici̇ter peccauit. primo q; inordinate ⁊ nimis ardēter eas amauit. secundo quia vxores alienigenas sibi accepit contra legem moysi. Exo. xxxiiij. tertio quia vxores sibi vltra modū multiplicauit contra legem. Deut⁹. xvij. vbi prohibetur regi accipere vxores plurimas allicientes animū eius. t Filiam quoq; pharaonis. hanc specialiter exprimit: quia fuit eius vxor principalis ⁊ magis dilecta. cetere autem fuerunt adiuncte. Cetera patent vsq; ibi: v Fuerunteq; ei vxores ꝙsi regine septingente ⁊ cōcubine trecēte. Josephus aūt̄ dicit q; fuerunt. lxx. ⁊ ideo dicendum q; lxx. erant principaliores alijs. ⁊ illas tm̄ numerat Josephus. uel aliter potest dici q; scriptura hic numerat domicellas ⁊ seruientes assistentes suis vxoribus. ⁊ sic de septingentis hic numeratis. septuaginta erāt vxores eius ⁊ regine. cetere aūt earū domicelle. Si quis aūt velit sequi tertium prout sonat potest dicere q; salomon ad tantā carnalitatem venerat q; frequenter de nouo ꝙgines habere volebat. sicut habet Hester. ij. ca. de assuero rege q; qualibet die habebat vnam. ⁊ que ingrediebatur vespere. egrediebatur mane: nec habebat licentiā reuertendi ad regem: nisi rex eam vocasset ex nole. ⁊ ꝟm hunc modū

vasa argentea ⁊ aurea: vestes ⁊ arma bellica: aromata quoq; ⁊ equos ⁊ mulos p annos singulos. Cōgregauitq; salomō currus ⁊ equites: ⁊ facti sūt ei mille quadringenti currus: ⁊ duodecim milia equitū ⁊ disposuit eos p ciuitates munitas: ⁊ cum rege in hierusalē. Fecitq; m̄ ut tanta esset abundātia argenti i hierusalē quāta ⁊ lapidū: ⁊ cedroꝝ prebuit multitudinē quasi sycomoros que nascunt̄ in campestribus. Etⁿ educebāt̄ equi salomoni de egypto ⁊ o de choa. Negociatores enī regis emebāt de choa ⁊ statuto precio ꝓducebāt. Egrediebat̄ᵖ autē quadriga ex egypto: sexcentis ᵠ siclis argēti: ⁊ equ⁹ centum ꝙquaginta. Sic ⁊ in hūc modū cuncti reges ethеorū ⁊ syrie equos venūdabant. xi

Rex aūt salomon adamauit mulieres alienigenas multas: filiā ⁊ ꝙ pharaonis ⁊ moabitidas ⁊ ammonitidas idumeas ⁊ sidonias ⁊ cetheas: de gentib⁹ sup quibus dixit dom⁹ filijs isr̄l: Non ingrediemī ad eas: neq; de illis ingredient̄ ad vestras. Certissime enī auertent corda vestra ut sequamini deos earū Illis itaq; copulatus est salomon ardentissimo amore. Fuerunteq; ei vxores quasi regine septingēte ⁊ cōcubine trecēte.

infra duos ānos poterat multiplicari numer⁹ vsq; ad septingētas. a Et auerterunt mulieres cor ei⁹. ab amore dei & obseruantia preceptorum eius. sicut dixerat dñs p moysen. b Cumq; iam esset senex. hic consequenter ostendit eius transgressio in peccato idolatrie. cum dicitur: c Vt sequeret deos alienos. quod non est intelligendum salomonem sic fuisse infatuatū q; in idolis crederet aliquid esse diuinitatis: sed nolens offendere vxores suas ea adorabat: sicut & adam comedit lignū vetitum ad persuasionē sue vxoris ne eam ptristaret sicut dic̄ Augustin⁹ sup Gen̄. li. xj. & de ciui. dei. li. xiiij. ca. xj. quia vir nō fuit seduct⁹. ut dic̄ apls j. Timoth. ij. ita q; credēt q; per esum illi⁹ ligni bauret sciētiā boni & mali sicut suggesserat serpens. put diffusius declarauit Gen̄. iij. ca. d Tunc edificauit salomō phanū chamos idolo moab in monte qui est contra bierusalem &c. id̄ est in mōte oliueti. & iō cult⁹ idolatrie de tota ciuitate ir'm poterat videri. qō erat magnū icitamētū ad idolatriā: ad quā populus erat pronus. e Atq; in būc modū fecit vniuersis vxoribus suis alienigenis. qō non est intelligendum q; cuilibet faceret vnū templū: sed omnibus de vno cultu idolatrie fecit vnū templū. p idolo earum. Hic occurrit dubiū quō salomō dicat senex qñ deprauatus fuit p mulieres. qz dicit Ra. Sa. & alij hebrei q; erat tm̄ duodecim annorū quādo incepit regnare. & i fine huius capituli dic̄t q; regnauit quadraginta annis. & sic vixit tm̄ lij. annis. Ipse aūt deprauatus fuit p mulieres ante mortem suā per sex annos uel circiter. quia edificauit templa idolorū plura. p suis vxoribus postq̄ fuerat deprauatus: in quorū edificationibus fluxerunt plures anni. & sic quādo deprauatū fuit cor eius. nō videt habuisse vltra. xlvj. annos uel circiter. ex tali ꝯo erat nullus dicit. p prie senex. Ad hoc aūt respondet magister in hist̄orijs. d. q; salomō regnauit. lxxx. annis. & allegat Josephū hoc dicētē. scriptura tamē regni sui tacet. xl. annos. sic s. j. li. xiij. ca. dicit de saule q; duob⁹ annis regnauit super israel. s. bene & innocenter. & tacent. xviij. anni in quibus male se habuit. ut ibidem fuit dictū. Sed de dicto magistri parum est hic curandū: quia cōtradicit sibiipsi & etiā scripture. dicit enī ibidem q; salomon. xj. annorum genuit roboam. & q; roboam mortuo patre fuit. xl. & vn⁹ āni. & infra. xiiij. dicit q;. xl. & vn⁹ āni erat roboam cum regnare cepisset. & sic reuertit primū dictum. s. q; salomon vixit tm̄. lij. annis. Si aūt dicat q; roboā regnauit viuente patre. xl. annis: ita q; principiū regni sui cōputat ab illo tpe quo pater suus incepit deprauari. sequit̄ q; mortuo p̄re fuit. lxxx. & vn⁹ annorū. quod est contra dictū magistri. ut patz ex dictis: & etiam contra scripturam. quia ca. sequēti dicit q; hieroboā audita morte salomonis reuersus est de egypto. & venit cum alijs i siclem vbi cōgregatus est populus ad constituendū roboam regem. Ex quo videtur q; non regnauit viuente patre. & si dicat q; imo. sed mortuo patre fuit eius regnū renouatū cum iam esset. lxxx. & vnius annorū & de hac renouatione loquit̄ capitulum sequēs. hoc patz falsum per litteram sequentē. quia ibidē subdit̄ q; roboam derelicto cōsilio senū: adhesit consilio iuuenū qui nutriti erant cum eo. Ex quo pz q; tunc erat roboam adhuc iuuenis. qō nō pōt dici de homine habente. lxxx. & vnū annos. vnde s. ij. li. xix. dicit̄: Erat aūt hercellai galaadites senex valde. i. octogenarius. & ps. lxxx. viij. dicit̄: Si aūt in potētatibus. lxxx. anni. i. in bene complexionatis & amplius eorum labor & dolor. Preterea illud quod dicit magister q; salomon. xj. annorum genuit roboam: videt esse extraneū a virtute nature: quia p̄m dicta magistri nō solum. xj. annorū genuit: sed cum haberet decem & tres menses. qō sic patz. quia si roboam habebat. xlj. ānos finito regno patris. xl. annorū. & erat. xij. annorū quando incepit regnare. sequit̄ q; vndecimo anno salomonis roboam fuit natus. & cū puer

Et a auerterūt mulieres cor ei⁹. Cūq; b iam esset senex: deprauatū est cor eius p mulieres ut c sequeret deos alienos: nec erat cor eius p fectū cū dño deo suo: sicut cor dauid patris eius: sed colebat salomon astherthē deam sidoniorum & chamos deū moabitarū: & moloch idolum āmonitarū. Fecit q; salomon qō non placuerat coram dño: & nō adimpleuit ut sequeretur dñm sicut dauid p̄r eius. Tūc d edificauit salomon phanū chamos idolo moab in monte qui est contra bierusalē: & moloch idolo filiorū ammon: atq; e in hūc modū fecit vniuersis vxoribus suis alienigenis que adolebant thura & immolabant dijs suis. Igitur f iratus est dñs salomoni q; auersa eet mens ei⁹ a dño deo israel: qui g apparuerat ei secundo & preceperat de verbo hoc ne sequeretur deos alienos: & non custodiuit que mandauit ei dñs. Dixit itaq; dñs salomoni: Quia habuisti hoc apud te & nō custodisti pactū meū & p̄cepta mea q̄ māda ui tibi: dirumpēs scindā regnū tuum: & h dabo illud seruo tuo: sit in vtero matris nouem mensibus. sequit̄ q; quādo fuit genitus. salomon erat tm̄ decem annorū & parum plus. quod nō videt possibile nature. Ad hoc igit̄ inconuenientes remouendū & repugnantiā scripture tollendā. saluo meliori iudicio videtur conuenientius dicere q; salomon post q̄ xl. annis regnauerat mortuus est. & successit ei in regnum filius eius roboam habens. xl. & vnum annū. sic dicit scriptura. Sed quādo salomon incepit regnare non solū habuit duodecim annos ut ab alijs dr: sed nō. p̄bat. nec ex scriptura sacra habetur: qz exprimit annos regni sui tm̄ nō autem exprimit annos eius quādo incepit regnare nec ānos tot⁹ vite sue. imo habuit. xx. uel plures ānos in p̄ncipio regni sui. & sic quando mortuus fuit. lx. annos habuit ad minus. & sic conuenienter potest dici q; post. l. annos etatis sue deprauat⁹ fuit p mulieres. & iam tunc poterat dici senex. qz & leuite completo q̄nquagesimo anno etatis sue seruire cessabant in tabernaculo tanq; senes. ut habet Nu. viij. ex hoc dr q; salomon non genuit roboam. xj. uel. x. annorū. sed multo plurū. quia contraxit cum matre sua. s. roboam post suā coronationē. Ad illud aūt qō obijcit in cōtrariū de dicto Ra. Sa. dicendū q; de dicto eius uel aliorū hebreorū nō est multū curandū: nisi q̄tum consonat sacre scripture uel rationi. sicut dixi plenius in. plogo meo sup Gen̄. Similit̄ de dicto magistri & Josephi idē est dicēdū: maxime vbi ē repugnātia scripture. sicut in. p̄posito videt: ut p̄z ex p̄dict̄. Ad huc ꝫ p̄dicta obijcit de verbo salomonis in p̄ncipio regni sui. qō br̄. s. iij. ca. Ego sum puer paruul⁹ ignorās egressū & introitū meū. Ex h dic̄ Ra. Sa. & alia alij q; erat tm̄. xij. ānorū. h hoc nō valet. qz ante. ij. ca. dixerat dauid salomoni recōmendās ei punitionē semei. Vir aūt sapiēs es ut scias q̄ facies ei. vir aūt nō dr̄ p̄pe nisi habēs xxx. ānos uel circit̄: & iō si ex illo ꝫbo: Ego sū puer puul⁹ &c. arguat q; erat tm̄. xij. ānorū. eadē rōne ex isto poterit argui q; erat. xxx. annorū. & iō illud verbū salomonis: Ego sū puer &c. intelligēdū ē respectū tātī regiminis sibi impositi: sic dictū fuit ibidē. & Exo. xxxiij. dr̄ q; iosue filius nun puer nō recedebat de tabernaculo. & tm̄ tūc erat. xlij. ānorū p̄m hebreos. p̄m Josephū xliij. qz p̄m hebreos gubernauit ppl̄m. xx viij. ānis. p̄m Josephū xxvj. & moyses aūt ipse xl. ānis ab exitu de egypto. & sic restat q; p̄m hebreos tūc erat. xlij. ānorū. p̄m Josephū. xliij. qz vixit ex. ānis. ut br̄ Josue vlt̄. Adhuc ꝫ p̄dicta obijcit de dict⁹ Hieronymi: q̄ in epla ad Vitalē prebyterū de salomone & achaz videt dicē q; salomon. xj. ānorū uel min⁹ genuit roboā. & q;. xij ano etatis sue accepit regnū. Ad qō dicēdū q; Hiero⁹ nō loquit̄ ibi assertive ut manifeste p̄z ex fine eiusdē eple. Sz supposito q; tūc regnare incepit & roboā genuerit sic dictū ē. rūdet quō h sit possibile: inducēs ad h exemplū cuiusdā mulieris nutrientis puulū q̄ i eodē lecto cū ea iacebat. & cū. x. annū etatis impleret. & illa fuisset calefacta vino. induxit puerū ad carnalem copulā. & sic alijs noctib⁹ sequentib⁹ q̄ de eodē concepit. & infra. ij. meses deinde ei⁹ intumuit. Hiero⁹ aūt attribuit h magnituti dine gr̄e: ut facin⁹ occultū p signū euidēs pāderet. & sic argumētū ē ad oppositū. s. q; virtute gr̄e salomō. xj. ānorū nō genuit roboā. f Igit̄ iratus &c. Descripta salomōis trāgressiōe h p̄mit̄ describit cōminatio pene. s. scissio regni sui tpe filij sui. & p̄z hoc de tribus paucis exceptis. g Qui apparuit ei secūdo. semel i gabaon & semel p⁹ edificationē tēpli. ut dictū fuit s. ix. h Et dabo illud seruo tuo. s. hieroboā. qui fuit seru⁹ salomonis. ut br̄. j.

-61-
277

a Uerũtñ in dieb⁹ tuis ⁊c.] q⁹ i vita sua instituerat regẽ salomonẽ.ut dictũ ẽ ꝛ.j.ca.⁊ ĩo si fuisset regnũ scissũ tpe salomonis: videret hoc redundare i culpã dauid ⁊ etiã in opprobriũ.q⁹ memoria eius adhuc erat multũ recens. b Tribũ vnã dabo filio tuo.tribus enĩ iuda nõ fuit sibi data.quia erat sua: nec trib⁹ leui: q⁹ erat dispersa p̃r oẽs tribus.⁊ declinãte ꝑplo ad cultũ vitulorũ: cõpulsa est venire ad sortẽ iude ⁊ beniamin.⁊ sic sola trib⁹ beniamin ꝓpie loquẽdo fuit data ipsi roboam. c Propter dauid seruũ meũ. ut aliqs de semine eius sedeat i regali solio. d Et hierusalẽ quã elegi.ut vbi viget cult⁹ diuin⁹.ibi remaneat honor regius. Hic ãt occurrit dubiũ quõ trãsgressio salomonis dicat cã scissionis regni.cũ supꝛ.xj.li.ca.xjx. dictũ fuerit q⁹ sentẽtia dauid iniq̃ qua medietatẽ hereditatis iboseth devit sibe seruo suo: causa fuerit huius scissionis. Ad qõ dicendũ q⁹ nõ ẽ inconueniens duas causas ptiales ad vnũ cõcurrere effectũ.⁊ sic fuit in p̃posito:quia vtrũq⁹ fuit cã partialis.

e Suscitauit aũt Hic p̃ter ponitur triũ aduersariorũ suscitatio ꝓtra salomonẽ.⁊ p̃m hoc diuidit i tres ptes secũda ibi :Suscitauit ⁊ ei.ẽtia ibi: Hieroboam quoq⁹ P̃im⁹ aũt aduersarius fuit adad idumeus de semine regio-qui cũ aliq̃bus euasit manũ dauid ũterficiẽtis idumeos ⁊ creuit i egypto.⁊ tpe salomõis redijt ad hoc q⁹ terrã idumee posset recuperare: uel saltẽ salomonẽ filiũ dauid infestare.⁊ patz littera paucis exceptis que discurrent. f Ad sepeliẽdũ eos ⁊c.] scriptũ est enĩ Deut.xxiij. Nõ abominaberis idumeũ q⁹ frat tuus est. Filij enĩ israel ⁊ idumei de duob⁹ fratrib⁹ descẽderũt s.iacob ⁊ esau.ꝓter quod dauid idumeos qui in bello ceciderant p̃cepit sepeliri.⁊ in hoc fecit sibi nomẽ: eo q⁹ p̃stiterat occisis istã humanitatẽ.sicut dictũ fuit ꝛ.ij.li.viij.ca. g Cũq⁹ surrexissent de madiã.terre nomẽ est ad quã p̃mo confugerant. h Uenerũt in pharan.locus est in terra madiã. cetera patẽt vsq⁹ ibi: i Cũq⁹ audisset adad in egypto dormisse dauid.q⁹ mortuus fuit morte naturali.ĩo scriptura dicit eũ dormisse. k Et mortuũ esse ioab.q⁹ fuit interfectus gladio. l Suscitauit quoq⁹ ei. Hic ponit⁹ secund⁹ aduersarius salomonis.s.raçon.qui fugiẽs regẽ syrie adadeçer eum p̃sequentẽ ꝓpter offensam quã in eũ cõmiserat: aggregauit sibi alios viros malos.⁊ factus est p̃nceps latronũ regnũ adadeçer infestantiũ. Adad ꝙo rediens de egypto.idumeã obtinere non potuit eo q⁹ salomon eã tene munierat.⁊ ĩo coniunxit se p̃dicto raçon iuuando eũ ut fieret rex syrie.⁊ sic raçon iuuaret eũ ad obtinendũ regnũ idumee ꝓtra salomonem.⁊ ex dictis patz lrã vsq⁹ ibi: m Cũ interficeret eos dauid.i.tpe quo pugnauit dauid cõtra syros.tunc iste raçon habuit temp⁹ opportunũ ut infestaret dñi sui regnũ.q⁹ vastato regno p̃ dauid.habuit liberiorem ingressũ.ĩo subdit: n Abierũtq⁹ damascũ.que erat ciuitas regia. o Eratq⁹ aduersari⁹ isr̃l cũc.di.salo. hoc videt cẽ ꝙ illud quod dictũ ẽ ꝛ.iij.ca. Juda ⁊ isr̃l innumerabiles sic harena maris: comedẽtes ⁊ bibẽtes atq⁹ lecãtes cũctis diebꝰ salomonis.Dicẽdũ q⁹ licz cũctis diebꝰ salomonis iste fuerit aduersari⁹ ei⁹ volũtate nocẽdi: tñ i effectu nõ multũ nocuit ei p̃ qõ impediret notabiliter pacẽ p̃plí.⁊ b ẽ malũ adad:q⁹ ut dictũ ẽ ille adad induxit raçon ad b q⁹ eẽt aduersari⁹ isr̃l p Regnauitq⁹ i syria.s ipse raçon.ut p̃dictũ est. q Hieroboam ꝛc. Hic ponit⁹ tert⁹ aduersarius cũ dicit: Hieroboã ꝛc fili⁹ nabath. Dicũt aliq̃ q⁹ iste nabath pat hieroboã fuit idẽ quod semei ⁊ q⁹ vxor ei⁹ nutricis hieroboã reducebat sibi frequẽter ad memoriã infectionẽ p̃ris sui a salomõe.ut dictũ ẽ ꝛ.iij.ca.⁊ ꝓpt b ꝛc ea b fit mẽtio. r Ephrate⁹.i.de tribu ephraim. Et b ẽ cã rebellionis q̃ seq̃t: s Quia salomõ edificauit mello.de isto edificio dictũ ẽ ꝛ.ix.ca. Dicunt enĩ aliq̃ q⁹ salomõ vidẽs industriũ hieroboam.primo posuit eum super tributa domus ioseph.i.duarum tribuũ.s.ephraim ⁊ manasse.postea ꝙo posuit eum sup opus edificij mello.licz primo scribat officiũ aliud.q⁹ frequenter in sacra scriptura prius facta postmodũ narrantur.⁊ ipse ex hoc fuit indignatus eo q⁹ de maiori officio erat positus in minori: propter quod exiuit de hierusalem: cui obuians abias silonites prophet⁹ dixit ei q⁹ regnaturus erat sup decem tribus.⁊ sic animatus verbis prophete incepit contra salomonẽ murmurare ⁊ alios sollicitare ad rebellandum salomoni.quod cum audisset salomon voluit eum occidere: sed ipse fugit in egyptum vsq⁹ ad mortem salomonis. Ra.Da.ꝙo dicit q⁹ hieroboam reprehendit salomonem eo q⁹ claudebat locum illum quem dauid dimiserat apertũ ꝓpter deuotionẽ venientiũ ad festa in hierusalẽ.sicut dictũ fuit supꝛ.ix.ca.ꝓpter qõ salomon indignatus eiecit eũ.qui egressus de hierusalẽ inuenit abiam ꝓphetã sicut dictũ ẽ. Josephꝰ ꝙo dicit q⁹ salomon primo posuit hieroboam super operarios in edificio mello: ⁊ quia vidit eum prudentem ⁊ sollicitum in opere illo: postea posuit eũ in maiori officio.s.super tributa domus ioseph: sicut scribitur.⁊ tũc abias dixit sibi ea que predicta sunt: ex quib⁹ animatus

verũtñ in diebus tuis nõ faciam ꝓpter dauid patrem tuũ.] De manu filij tui scindã illud: nec totũ regnũ auferã: sed tribum vnã dabo filio tuo ꝓpter dauid seruũ meũ: ⁊ hierusalẽ quã elegi. Suscitauit aũt dñs aduersariũ salomõi adad idumeũ de semine regio q̃ erat in edom. Cum enĩ esset dauid in idumea ⁊ ascendisset ioab p̃nceps militie ad sepeliendũ eos qui fuerant interfecti] ⁊ occidisset omne masculinũ in idumea.sex enĩ mẽsibus ibi moratus est ioab ⁊ omnis israel donec interimeret omne masculinũ in idumea: fugit adad ipse ⁊ viri idumei de seruis patris eius cum eo ut ingrederet egyptũ. Erat aũt ad ad puer parvulus. Cumq⁹ surrexissent de madian: venerũt in pharan. Tulerũtq⁹ secũ viros de pharan ⁊ introierũt egyptum ad pharaonẽ regem egypti. Qui dedit ei domũ ⁊ cibos cõstituit ⁊ terrã delegauit. Et inuenit adad gratiã coram pharaone valde: tantũ ut daret ei vxorẽ sororẽ vxoris sue germanã thafnes regine. Genuitq⁹ ei soror thafnes genabath filiũ ⁊ nutriuit eũ thafnes in domo pharaonis. Eratq⁹ genabath habitans apud pharaonẽ cũ filijs eius. Cumq⁹ audisset adad in egypto dormisse dauid cum patribus suis: ⁊ k mortuũ cẽ ioab p̃cipẽ militie: dixit pharaoni: Dimitte me ut vadã in terram meam. Dixitq⁹ ei pharao. Qua enĩ re apud me indiges ut q̃ras ire ad terrã tuam? Ait ille respõdit: Nulla. Sed obsecro te ut dimittas me. Suscitauit l quoq⁹ ei deus aduersariũ raçon filium eliadan q̃ fugerat adadeçer regem saba dñm suũ ⁊ cõgregauit contra eũ viros: ⁊ factus est p̃nceps latronũ cũ m interficẽt eos dauid: abierũtq⁹ n damascũ ⁊ habitauerũt ibi: ⁊ constituerũt eum regem in damasco: eratq⁹ o aduersarius israel cũctis diebꝰ salomonis. Et hoc est malum adad ⁊ odium ꝓtra israel: regnauitq⁹ p in syria. Hieroboam q quoq⁹ filius nabath ephrateus r de sareda serꝰ salomõis cui⁹ mater erat nomine Serua mulier vidua: leuauit manũ ꝓ regẽ. Et hec est causa rebellionis aduersus eum: quia s salomon edificauit mello: ⁊ coequauit voraginẽ ciuitatis dauid patris sui. Erat aũt hieroboã vir fortis ⁊ potẽs. Vidensq⁹ salomõ adolescẽtẽ bone indolis ⁊ industriũ ꝓstituerat eũ ꝑfectũ sup tributa vniuerse domus ioseph. Factũ est igit in tpe illo ut hieroboam egrederet de hierusalẽ ⁊ inueniret eũ abias silonites propheta in via opt⁹ pallio nouo.

cepit sollicitare illos de tribu ephraim & manasse ut recederent a salomone: ꝓpter qđ salomon voluit eũ occidere: sed fugit in egyptũ ut predictũ est. ex dictis ꝑz lrã vsq; ibi: a Apprehendensq; abias palliũ suũ nouũ quo coopert⁹ erat scidit in .xij. ptes. qđ fecit duplici de cã. Una est q; ꝓpte aliquãdo ꝓpter abant non solũ verbis sed etiã sensibilib⁹ signis: sic & isaias iuit nudus & discalciat⁹: Isa.ca°. xx. & hieremias posuit catenas ligneas in collo suo: Hieremie. xxviij. ut moueret ad credendum auditu & visu. Alia ut hieroboã aduerteret q; palliũ suũ nouũ nõ scidisset libenẽ ꝓ nihilo: sed ꝓ veritatis indicio. b At remaneat lucerna dauid i. memoria tonitatis sue: ꝓpter cuius meritũ in semine suo remansit nomẽ regiũ. c Et affligam semen dauid sup hoc. i. sup diuisionẽ regni. d Verũtã nõ cunctis diebus. & in hoc predixit regnũ isrl restituendum p messiam venturũ. ut dic Ra. Sa. E ipse & alij iuxta hoc intelligunt de restitutione regni tpalis: ꝓpter qđ apli adhuc rudes q; nondũ receperant plenitudinẽ spirit⁹ sancti quesierunt a xp̃o: Dñe si in tpe hoc restitues regnũ isrl? ut habetur Act. j. restitutio tũ iam erat facta in xp̃i resurrectione. ꝟm q; dicit ipse Matth. vltj. Data est mihi ois potestas &c. sed euidentius hoc erit in iudicio qñ oia subijcient⁹ pedib⁹ ei⁹: ꝟm q; dicit apls Heb. ij. Cetera patent ex dictis. e Reliquũ aũt. hic ꝓnter ponit⁹ mors salomonis & ei⁹ tumulatio. cũ quadã epilogatiõe factor⁹ suor⁹ cum dicit: Reliquũ aũt verbor⁹ &c. f Scripta sũt i libro ꝓbor⁹ dier⁹ salomonis. Dicũt aliqui q; est liber Paralypomenõ. sed melius dicit q; sit alius liber p nabuçardan combustus & nõ reparatus. Cetera patẽt ex supdictis. De statu aũt eius vtrũ sit saluat⁹ uel nõ: dictũ fuit sup. ij. li. ca. vij. g

Enit Cap. xij autem roboam. Superius actũ est de regno dauid vnito hic consequenter agit⁹ de regno ei⁹ diuiso in regnũ israel & regnũ iuda. & q; regnũ israel siue decẽ tribuũ incepit accidentaliter. s. ex diuisione regni dauid qui fuit de tribu iuda. ideo principaliter agit⁹ de regibus iuda. & ex consequenti de regibus israel eis conregnantibus. & ideo quantum pertinet ad hunc tertiũ librũ. primo agit⁹ de roboam & hieroboã

Erãt autem duo tũ in agro. Apprehendẽsq; abias palliũ suũ nouũ quo coopert⁹ fuit scidit in duodecim ptes: & ait ad hieroboã: Tolle tibi decẽ scissuras. Hec enim dicit dñs deus israel: Ego scindam regnũ de manu salomonis: & dabo tibi decem tribus. Porro vna trib⁹ remanebit ei ꝓpter seruũ meũ dauid: & hierusalẽ ciuitatẽ quã elegi ex omnib⁹ tribub⁹ isrl eo q; dereliquerit me & adorauerit astharthen deam sidoniorum & chamos deũ moab: & moloch deum filiorũ ãmon: & non ambulauerit i vijs meis ut faceret iusticiam coram me & precepta mea & iudicia sicut dauid pater eius. Nec auferã omne regnũ de manu eius: sed ducẽ ponam eum cunctis diebus vite sue ꝓpter dauid seruũ meũ quẽ elegi: qui custodiuit mãdata mea & precepta mea. Auferam aũt regnũ de manu filij eius & dabo tibi decem tribus: filio autẽ eius dabo tribũ vnam: ut⁰ remaneat lucerna dauid seruo meo cunctis diebus coram me in hierusalẽ ciuitate quã elegi ut esset nomen meũ ibi: te autẽ assumam: & regnabis sup oĩa q̃ desiderat anima tua: eris q; rex super israel. Si igitur audieris omnia que precepero tibi & ambulaueris in vijs meis: & feceris qđ rectũ est coram me custodiens mandata mea & p̃cepta mea sicut fecit dauid seru⁹ me⁹: ero tecũ & edificabo tibi domũ fidelẽ quõ edificaui dauid domũ: & tradam tibi israel: & affligã semẽ dauid sup hoc: verũtã non cunctis diebus. Voluit ergo salomõ interficere hieroboam: q̃ surrexit & aufugit in egyptũ ad sesac regẽ egypti: & fuit in egypto vsq; ad mortem salomonis. Reliquũ autẽ verborum salomonis & omnia que fecit & sapientia eius: ecce vniuersa scripta sunt in libro verborum dierũ salomonis. Dies aũt quos regnauit salomon in hierusalem sup omnem israel: quadraginta anni sunt. Dormiuitq; salomon cum patrib⁹ suis: & sepultus est in ciuitate dauid ꝓris sui: regnauitq; roboam filius eius ꝓ eo. XII

Enit⁸ autẽ roboam in sichem. Illuc enĩ congregatus erat omnis populus israel ad constituẽdũ eum regem. At⁹ jo hieroboã filius nabath cum adhuc esset in egypto profugus a facie salomonis regis: audita morte ei⁹ reuersus ẽ de egypto. Mis̃erũtq; & vocauerũt eũ. Venit ergo hieroboam & ois multitudo israel: & locuti sunt ad roboam dicentes: Pater¹ tu⁹ durissimũ iugum imposuit nobis: tu itaq; nũc imminue paululũ de imperio patris tui durissimo & de iugo grauissimo qđ imposuit nobis & seruiem⁹ tibi. Qui ait eis: Ite vsq; ad tertiũ diẽ: & reuertimini ad me. Cũq; abisset populus: iniit consiliũ rex roboam cum senioribus⁹ qui assistebant coram salomone patre eius cum adhuc viueret: & ait eis: Qđ datis consilium ut respondeam populo? Qui dixerunt ei: Si⁴ hodie obedieris populo huic & seruieris & petitioni eorũ cesseris: locutusq; fueris ad eos verba lenia: erũt tibi serui cũctis diebus. Qui⁵ dereliquit consiliũ senũ qđ dederãt ei: & adhibuit adolescẽtes qui nutriti fuerant cum eo & assistebãt illi: dixitq; ad eos:

bierico: ⁊ inde rediit ad iordanē. ut patz in littera. ⁊ sic fecit quendā circuitū. ratio aūt huius fuit: quia galgala locus sacer reputabat̄. tum quia filij isr̄ ibi ꝓmo posuerūt castra iordane transito. ut dictū est. tum quia filij isr̄ ibi circūcicisionem fecerūt ⁊ pascha celebrauerūt. ut habet Josue. v. In bethel aūt ⁊ bierico manebāt filij ꝓphetarū. ut patz in lrā ⁊ isti erāt viri religiosi simul collegiati: vacantes oroni ⁊ cōtemplationi quorū aliqui habebant spiritū ꝓphetie: ⁊ tales fuerūt primo congregati sub samuele ꝓpha: sicut dictū fuit s. ꝓmo libro. ca. x. ⁊ postea sub alijs ꝓphetis excellentib⁹ ꝓpter q̄ dicebant filij ꝓphetarū. i. discipuli eorum. sicut dicit Ra. Sa. sup locū istum. Helias igitur ante trāslationē suam voluit videre loca ista: galgalam propter loci sanctitatem: bethel ⁊ bierico propter discipulorū suorū cōgregationem: ⁊ quia ibi volebat dimittere heliseū: ut patz in textu. ⁊ ex dicē pz lrā vsq; ibi f Nunq̄d nosti q̄: dñs hodie tollet dominū tuū a te? Ex quo patz q̄ dictū est sup. s. q̄ aliqui eorum habebāt spiritū prophetie p quē ꝑsciebāt translationē helie. Qui respondit: g Et ego noui. ex quo pz q̄ heliseus iam habebat spiñ ꝓphetie: non tamē in tanta plenitudine sic̄ p. ea habuit. h Silete. nolebat enī q̄ de ꝟ ī pñtia helie loquerēt: ne ab helia ⁊ ipsis simul incitarēt ad remanēdū ibidē. quia volebat remanere cum magistro suo q̄tum poterat. i Tulitq; helias pallium suū ⁊ inuoluit. i. plicauit aptando ipsū ad ꝓcutiendū aquas. k Que diuise sunt. nō p aliquā virtutē que esset in pallio: sed virtute diuina que voluit ostendere meritū helie: sicut ad declarandū merita sanctorū aliquando dant̄ a deo sanitates ad tactū vestimentorū ipsorū. l Cumq; transissent. Hic consequēter describit helie raptus. ⁊ primo describit eius amicabilis cōdescēsio. secundo mirabilis ascensio. ibi: Cumq; pergerēt. Primū ostendit̄ in hoc q̄ obtulit se helisco ad faciendū q̄ posset. p eo d. Postula q̄ vis &c. ⁊ subdit̄ heliseī petitio. m Obsecro ut fiat duplex spūs tuus in me. dicit Ra. Sa. q̄ petijt habere spm̄ i dupla ꝓportiē respectu helie. ⁊ ad ꝟ indicit q̄ octo miracula tm̄ scribūt̄ facta p heliā i ꝟ. xiij. li°. ⁊ iij. Primū ē clausio celi. secūdū ꝓtinuatio farine ⁊ lecythi. ē tiū suscitatio filij vidue. q̄rtū descēs⁹ ignis i mōte carmeli. q̄ntū ipetratio pluuie.

sectū ꝛcensus ignis sup̄ primū ꝗnquagenariū.septimū sup̄ secūdū.octauū diuisio iordanis ut trāsirent p siccū.sedecim ꝙ scribunt in ḥliseo.ꝓmū ē iordanis diuisio.secūdū aquaꝝ sanatio.tertiū puerorū laceratio.quartū aque impetratio pro tribus regibus.quintū olei multiplicatio.sextū sunamitis fecundatio.septimū filij ei⁹ suscitatio. octauum pulmēti dulcoratio. nonū panū multiplicatio decimū naamā leprosi curatio.vndecimū giezi infectio. duodecimū ferri natatio.decimūtertiū oculorū pueri sui apertio ad videndū equos ⁊ currus igneos ad defensionē ipsorū. decimūquartū adustariorꝫ excecatio. decimūquintū abundantia victualiū inopinata in porta samarie.sextūdecimū suscitatio mortui ad tactū ossiū heliseī. Sed istud dictū nō videt cōueniens. primo qꝛ nō concordat litteræ sequenti ut videbitur.secūdo quia nō concordat rōni Dicit enī saluator Matḥ.ca.x. Non est discipulus s sup magistrū.⁊ ideo presumptuosū fuisset si ḥliseus duplā ptātē respectu magistri sui petiuisset.nec valet illud qđ inducitur de pluribus miraculis : quia forsitan ḥlias fecit plura q̄ ḥlisē licz nō sint scripta : quia nō omnia scribūt.ꝓm q̄ dicit Joḥ. vlt̄. Item iohannes baptista nullū miraculū fecit.ut dr̄ Joḥ x.⁊ tamē de ipso dicit saluator : Inter natos mulierū nō surrexit maior iohāne baptista.Dicendū igit̄ cū aliis doctoribus nostris.q̄ ḥliseus non petiuit spiritū in dupla ꝓportione respectu ḥlie : ut sic ei preferret : sed petiuit q̄ duplex gratia q̄ erat in ḥlia.s.gratia miraculorū : ⁊ gratia ꝓphetie que sunt gratie distincte.ꝓm q̄ dicit apl's.j.Cor̄.xij.in ipso fierēt: ut sic magistro suo assimilaret.qꝛ ꝓm dictū saluatoris : pfect⁹ omnis erit.si sit sic magister ei⁹. a Rem difficilē postulasti. tum quia talis gratia nō potest dari nisi a deo imediate.tum quia pauci ꝓphete legunt vtrāq; gratiā habuisse. b Attamen si videris me qñ tollar a te erit.qđ exponit Ra.Sa.sic : Si videris me dē.idem est ac si diceret : q̄diu sum tecum in statu cōmuni hominū nō possū istud facere ; ꝙ qñ tollar hinc ad superiorem statū tunc potero.qđ nō est intelligendū effective : quia solus deus efficit vtrāq; gratiā : sed impetrative.qꝛ tunc preces ḥlie essent magis efficaces: ista tamē expositio nō consonat littere : quia ḥlias in raptu ita poterat orare ꝙ ḥliseo : si non videret eum tunc ac si videret: ita q̄ visio heliseī nihil videbat facere ad hoc q̄ preces ḥlie essent efficaciores ꝙ eo.⁊ tamē dicit ḥlias : Si videris me qñ tollar a te erit : si aūt nō videris non erit.⁊ ideo aliter dicendū. Spūs enim sanct⁹ put vult tangit corda ꝓphetarū.⁊ ideo aliqñ revelat aliqđ futurū pfectius : aliquando minus pfecte : aliqñ cōditionaliter : ⁊ aliquādo absolute.sicut infra ca.xij.dixit ḥliseus regi ioas: Percute iaculo terram.revelatum enī erat ḥliseo q̄ totiens percuteret syriā quotiēs percuteret iaculo terram ut patz ex littera sequēti ibidē : non tamē erat sibi revelatū q̄ esset percussurus terrā trib⁹ vicibus tm̄.⁊ sic fuit in ꝓposito ut videt.fuit enī revelatū ḥlie q̄ si heliseus eū videret in raptu eius petitio impleret. aliter nō : tamē nō fuit sibi revelatum q̄ esset eū visurus pro tūc. c Cumq; pgerent. Hic cōsequenter ponit ascensio mirabilis ipsius ḥlie.cum dicit : Cumq; pergerēt ⁊ incedentes sermocinarent.ḥlias enī informabat heliseū de vnctione duorū regū.s.iehu ⁊ aḥel ad puniendū idolatras ⁊ de cōsolatiōe ꝓphetarū ⁊ aliorū fidelium. d Ecce currus igne⁹ ⁊ equi ignei dē.ista fuerunt formata virtute diuina uel angelica.ad ostendēdū q̄ ḥlias nō ascendebat in celum virtute ꝓpria sicut ꝙs.in cui⁹ ascensiōe non apparuit aliqs curr⁹. e Et ascēdit ḥlias p turbinē in celū.nō fidereū uel empyreū.ꝙ aereū tm̄: ut ḥlias p aerem portaret⁹ ad locum distantē sicut abacbuc p angelum fuit portatus de iudea i chaldeam.locus aūt ad quē deportat⁹ fuit ḥlias ꝓm doctores catholicos ⁊ ḥbreos ē paradisus terrestris vbi enoch ante fuerat trāslat⁹.⁊ inde circa finē mūdi ambo,pcessuri sunt ad predicandū ꝓtra pfidiā antixp̄i. f Heliseus aūt belia trāslato. Hic cōsequenē describit̄ ḥlisei substitutio.⁊ ꝓmo substituit.secundo suspicio cōtra eum tollit.ibi : Et venientes.tertio aque corruptio pellit.ibi : Dixerūtq; q̄rto iniusta verisio punit.ibi : Ascēdit aūtē.Circa primū dicit̄ heliseus aūtē videbat.⁊ p hoc patz eius petitio adimpleta scōm q̄ dixerat sibi helias. g Pater mi.ex hoc patz qđ dictū est supra.s. q̄ discipuli prophetarū dicebant eorum filij. h Currus israel ⁊ auriga eius.Currus enī supportat : ⁊ auriga dirigit : sic ḥlias populum israel supportauerat effectus supplendo : sicut pz sup̄.iij.li. ca.xviij. in impetratione pluuie piclitanti populo israel.similiter ipsum reduxit ad veram fidem vnius dei p impetrationē ignis sup̄ holocaustū suū. ad declarationē vere veritatis : propter qđ tūc clamauit populus : Dominus ipse est deus. In hebreo bareḳ : Currus israel ⁊ militia eius.i.potentior ad defensionem israel q̄ militia cū curribus bellicis.ꝓm q̄ exponit Ra.Sa. i Apprehenditq; vestimenta sua ⁊ scidit illa in duas ptes.eo q̄ nō poterat amplius magistro suo associari. k Et levauit pallium ḥlie qđ ceciderat ei.non a casu cecidit : sed ex diuina ordinatiōe.ut heliseus ipso operiret⁹ in signū q̄ spiritus ḥlie requiescebat sup̄ eum : ⁊ q̄ erat substitutus loco eius.vnde ⁊ in sua vocatione ḥlias posuit pallium suū super eum ut habet sup̄.iij.libro. l Percussit aquas ⁊ non sunt diuise.qđ a deo factum est : ut non nimis eleuaret de assecutiōe spiritus ḥlie. m Vbi est deus ḥlie etiā nūc dē.nūc ad hāc exclamationē diuise sunt aque : ut ostenderet⁹ q̄ nō ꝓprijs meritis assecutus fuerat gratiam prophetandi ⁊ miracula faciendi : sed ex diuina liberalitate ⁊ meritis belie. n Dixerunt requieuit spiritus ḥlie sup̄ heliseum. hoc cognouerunt p signū predictū. o Et venientes in occursū. Hic cōsequenter tollit suspicio que posset haberi contra heliseū.premittit tamen reuerentia sibi facta a filijs ꝓphetarum.cum dicitur: p Adorauerunt eum.adoratione dulie tanq̄ superiorē suū: eo q̄ esset substitutus loco ḥlie sub cuius regimine vixerant.ut sup̄ dictum est. q Qui possunt ire ⁊ querere dominū tuū.alias enī acciderat q̄ helias sic de loco ad locum transportatus fuerat.sicut dictum fuit supra.iij.li.xviij.ca. r Qui ait nolite mittere.Sciebat enim ipsum translatum absq; reditu vsq; prope finem mundi. s Coegeruntq; eum donec acquiesceret.ne ipsi suspicarent ipsū nolle reditū heliē.ut sic remaneret superior omnibus alijs prophetis. t Dixerunt quoq; viri ciuitatis ad heliseū. Hic cōsequenter describit̄ sanatio aque.cū dicit̄: v Ecce habitatio ciuitatis bui⁹ optima ē.

fiat i me duplex spiritus tuus. Quiresp̄ndit: Rem° difficilē postulasti: Attamen^b si videris me quādo tollar a te erit quod petisti : si autem nō videris nō erit. Cumq; pgerēt ⁊ incedentes sermocinarent: ecce^c curr⁹ igneus ⁊ equi ignei diuiserunt vtrūq;. Et ^c ascendit helias p turbinem in celū: heliseus ^f aūt videbat: ⁊ clamabat: Pater^g mi pater mi : currus ^h israel ⁊ auriga eius. Et non vidit eum amplius. Apprehēditq; ^i vestimenta sua : ⁊ scidit illa in duas ptes: Et^k leuauit palliū helie quod ceciderat ei : Reuersusq; steterit sup̄ ripā iordanis : ⁊ pallio helie quod ceciderat ei pcussit^l aquas: ⁊ nō sunt diuise. Et dixit : Vbi^m est de⁹ helie etiā nūc : Percussitq; aquas : ⁊ diuisesūt hucatq; illuc : ⁊ trāsijt heliseus : Videtes aūt filij ꝓphetarū qui erant in hiericho de contra dixerūt^n : Requieuit spiritus helie sup̄ heliseū : Et^o venientes in occursū eius : adorauerūt^p eū proni i terra : dixeruntq; illi : Ecce cum seruis tuis sunt ꝗnquaginta viri fortes : qui^q possunt ire: ⁊ querere dm̄ tuū : ne forte tulerit eum spirit⁹ dn̄i ⁊ piecerit eū in vnū montū aut in vnam vallium. Qui^r ait: Nolite mittere. Coegeruntq;^s eū: donec acquiesceret ⁊ diceret : Mittite. Et misērūt ꝗnquaginta viros. Qui cum quesissent trib⁹ diebus: nō inuenerūt. Et reuersi sūt ad eū. Et ille habitabat i hiericho : ⁊ dixit eis : Nunqd nō dixi vobis : nolite mittere: Dixerunt^t quoq; viri ciuitatis ad heliseū: Ecce habitatio ciuitatis bui⁹

Sed huic videl cõtradicere qõ sequit: a Sed aque pessime sunt ⁊ terra sterilis. Ad qõ dicit Ra. Sa. ꝙ situs ciuitatis erat optim⁹ ꝑ ꝓplxtis: quia erat aptus contemplationi: nec terra erat sterilis ꝛe se: sed ex malicia aque vnde ꝛebat irrigari. ⁊ ideo non indigebant nisi aque sanatione. b Egressus ad fontem aquarũ misit in illũ sal. ut miraculũ esset euidentius: quia appositio salis non meliorat aquas ꝛe natura sua: sed magis ꝓiorat. Ex q̃ patz ꝙ lxc sanatio aque fuit facta diuina ꝟtute: que potest agere cõtra cursũ nature. c Et non erit in eis vltra mors. q: facte fuerũt potabiles ⁊ sane. d Nec ꝙ sterilitas. q: p⁹ ea nõ causabũt sterilitatẽ ꝛe: sed fertilitatẽ e Ascendit autẽ inde bẽliseus. Hic cõsequenter ponit ꝛerisio iniusta. cũ dicit: Ascendit autem inde bẽliseus in bethel. ad visitandũ cõgregationẽ ꝓphetarũ ibidẽ manẽtiũ qõ erat op⁹ valde bonũ: ⁊ cõmendatione dignũ ⁊ nõ ꝛerisiõe. f Cũ ꝙ ascenderet p viam. quia locus erat excelsus: g Pueri parui egressi sũt. edocti ad boc ⁊ incitati a suis parẽtib⁹ idolatris ut subsannarẽt ꝓphetam dñi. ⁊ ideo maledixit eis ut parentes eorũ in ipsis punirent. ⁊ ut maliciam parentum amplius non imitarẽt. Sciebat enim ꝛo reuelante mortẽ eoꝝ cito euenire post suã maledictionẽ: quã protulit ex sentẽtia dine iusticie. Mystice exponẽdo bẽliseus ascendens in bethel sigt ihm xpm ascendẽtẽ in crucẽ. quẽ ꝛerisserunt iudei ꝑm ꝛtũ euãgelij: ꝓpter cui⁹ vltionẽ ꝛenerunt postea duo vasi in ꝛeram. s. titus ⁊ vespasianus: qui ꝛstruxerũt locum: ⁊ occiderũt gentẽ

optima est sicut tuipse ꝛomine ꝑspicis: sed ° aque pessime sũt: ⁊ ꝛra sterilis. Ait ille ait: Afferte mihi vas nouũ: ⁊ mittite in illud sal. Qõ cum attulissent: egressus ᵇ ad fontem aquarum misit in illũ sal: ⁊ ait: Hec dicit dñs: Sanaui aquas has: ⁊ ᶜ non erit vltra in eis mors: nec ᵖ sterilitas. Sanate sũt g aque vsq; in diem hanc: iuxta ꝛbum bẽlisei qõ locutus est. Ascendit ᵉ aũt inde bẽliseus in bethel. Cumq; ᶠ ascẽderet per viam: pueri ᵏ parui egressi sunt ꝛe ciuitate: ⁊ illudebant ei dicentes: Ascende calue: ascẽde calue. Qui cũ respexisset vidit eos: ⁊ maledixit eis in nomine domini. Egressiq; sunt duo vrsi ꝛe saltu: ⁊ lacerauerunt ex eis q̃dragintaduos pueros. Abiit aut inde in montẽ carmeli: ⁊ inde reuersus est in samariam.

III

Oram ᵇ ꝟo filiꝰ achab regnauit sup israel in samaria: ãno ⁱ ꝛecimo octauo iosaphat regis iude. Regnauitq; duodecim annis: ⁊ ᵏ fecit malũ coram dño: sed non sicut pater suus ⁊ mater. Tulit enĩ statuas baal quas fecerat pater eius: ꝛerũtamen in peccatis hieroboam filij nabath q̃ peccare fecit israel adhesit: nec

iterum sub tributo redigere: ⁊ boc ꝟtute armorũ. ⁊ ideo primo ꝛscribit bẽlli apparatus. secũdo aque ꝛfectus ibi: Perrexit igitur. Circa primũ dicitur: Mesa rex moab nutriebat multa ꝓcora. quia terra illa est multũ pascualis. m Et soluebat regi israel. p modũ tributi. n Centũ milia agnorũ ⁊ centũ milia ꝛcũ ita ꝙ si adducerẽt agni vl arietes tõsi non erãt receptibiles. o Cũq; mortuus fuisset achab prevaricatus est fedus quia octoçias erat pusillanimis ⁊ languidus. p parte tpis ex casu ꝛe cenaculo suo. p Egressus est igitur rex ioram i die illa ꝛe samaria. ad cõgregandũ exercitũ cõtra regem moab ⁊ patz lrã vsq; ibi: q Per ꝛertum idumee. tum quia rex edom erat cum eo in eodem exercitu. tum quia dominus voluit ut ibi paterentur aque ꝛfectum. ⁊ sic necesse haberent recurrere ad bẽliseum. r Perrexerunt igit rex israel. Hic consequenter ponitur aque ꝛfectus. s Rex edom. iste nõ erat ꝓprie loquẽdo rex: sed quidam ꝓfectus sub rege iuda. ut magis patebit infra. viij. ca. t Nec erat aqua. ut necesse haberent recurrere ad beliseum. v Congregauit. id ẽ congregare permisit. x Et ait iosaphat Hic incipit scriptura ꝛscribẽ magnalia bẽlisei. ⁊ primo ẽctum ad id qõ fecit ad consolationẽ fideliũ. secundo q̃tũ ad conuersionem infidelium. ca. v. Circa primũ ponit ꝓmo miraculũ factum ad consolationem regis iude. secũdo mulieris vidue. in principio q̃rti ca. tertio sunamitis ꝛuote ibi: Facta est g̃ dies quedã. quarto congregatiõis famelice ibi: Erat aũt fames. Circa primũ bẽliseus primo requirit. secundo ab eo abundantia aq̃ simul cũ victoria predicit ibi: Hunc aũt. Circa primũ dicit Et ait iosaphat. qui erat fidelis ⁊ ꝛuotus. y Est ne hic ꝓphta domini. ut ꝛprecemur dominũ p eum. tanq; per familiarem sibi ⁊ amicum. ad supplendũ nostrũ ꝛfectum. z Est hic bẽliseus filius saphat qui fundebat aquã super manus bẽlie. hoc exponit cõmuniter ꝛe effusione aque p modũ ministerij in ablutione manuũ: quia bẽliseus fuerat bẽlie discipulus: ⁊ loco eius substitutus. ut patz ex supradictis precedẽti ca. Aliter autẽ exponit Ra. Sa. ꝛe speciali fusione aque a casu super manus bẽlie in monte carmeli quando faciebat aquã effundi super sacrificium. ⁊ tũc ex digitis bẽlie fluxerũt aque abundanter quasi ex fontibus fecundis. sicut dictũ fuit ꝟ. iij. li. ca. xvij. ⁊ ideo boc factũ hic ꝛpetit. q. v. iste est aptissimus

recessit ab eis. Porro ᵗ mesa rex moab nutriebat ꝓcora multa: ⁊ ᵐ soluebat regi israel centum ⁿ milia agnorum: ⁊ centũ milia arietum cum velleribus suis. Cũq; ° mortuus fuisset achab prevaricat⁹ est fedus qõ habebat cum rege israel. Egressus ᵖ est igitur rex ioram i die illa ꝛe samaria: ⁊ recensuit vniuersũ israel: misitq; ad iosaphat regẽ iuda dicens: Rex moab recessit a me: veni mecũ contra eum ad prelium. Qui rñdit: Ascendam. Qui me⁹ est tuus est: ꝓpulus meus populus tuus: ⁊ equi mei equi tui. Dixitq;: Per quã viam ascendemus? At ille respõdit. Per ᵍ ꝛertũ idumee. Perrexerũt ʳ igitur rex israel ⁊ rex iuda ⁊ rex ˢ edom: ⁊ circuierunt p viam septẽ dierum: nec ᵗ erat aqua exercitui ⁊ iumentis que sequebant eos. Dixitq; rex isr̃l: Heu heu heu. Cõgregauit ᵛ nos dñs tres reges: ut traderet i manu moab. Et ˣ ait iosaphat: Est ʸ ne hic ꝓpheta dñi ut ꝛprecemur dñm p eũ? Et respondit vn⁹ ꝛe seruis regis israel. Est ᶻ hic bẽliseus filꝰ saphat qui fundebat aquã sup manus helie. Et ait iosaphat: Est apud eum sermo domini? Descenditq; ad eum rex israel ⁊ iosaphat rex iuda: ⁊ rex edom.

Oram ꝟo. Superius posita est regis ioram filij achab institutio. hic ponitur regni sui prosecutio. ⁊ quia scriptura simul narrat facta regum ⁊ ꝓphetarum eis cõtemporaneorũ: bẽliseus aũt fuit huic ioram contemporane⁹. ⁊ ideo ꝓmo ꝛscribit prosecutio sui regni. secundo magnalia bẽlisei. ibi: Et ait iosaphat. Prima in duas. q: ꝓmo ꝛscribit dicti regiminis convitio. secundo regis moab rebellio. ibi: Porro mesa rex moab. Circa primũ premittit temp⁹ in quo incepit regnare. cũ dr: i Anno xvij. iosaphat regis iude. frater enĩ suus octoçias cepit regnare anno. xvij. regni iosaphat ut victum fuit supra tertio libro ca. vltõ. ⁊ regnauit duobus annis incõplete tñ. ⁊ sic ioram qui successit octoçie cepit regnare in. xviij. anno regni iosaphat. tamen filius eius iam ante cepit regnare cũ eo. ut dictũ fuit ibidẽ. k Et fecit malũ coram dño sed non sicut pater suus ⁊ mater. qui introduxerũt cultũ idoli baal. ⁊ iste amouit: sed i cultu vitulorũ quos fecerat hieroboã remansit. l Porro mesa. Hic cõsequenter ꝛscribitur regis moab rebellio que facta fuit sub octoçia mortuo achab patre suo. sicut babet sup. j. ca. Sed hic ꝛpetit eo ꝙ ioram frater octoçie voluit eũ

ad ſatiandū nobis aque ꝛfectū: quia iam ante cum a casu funderet aquā ſup manus belie aque fuerūt multiplicate miraculoſe. a Vade ad ꝓphetas patris tui ⁊ matris tue. ſ. ieçabel que paſcebat ꝓphetas baal. ut habet. ꝫ. iij. libro. xviij. b Quare congregauit dñs tres reges hos. i. ꝓmiſit cōgregari. c Ut traderet eos in manꝰ moab. q. d ꝛ facili poterit nos capere niſi balaamꝰ beneficiū aque. d Si nō vultū ioſaphat regis iude erubeſcerem. ꝛnegando ſibi petitionē ſuā cū ſit fidelis ⁊ deuotus. e Non attēdiſſem q̄dē te. q̄ ſcriptū ē pſalmo xviij. ꝛ viro pfecto Ad nihilū ꝛducetꝰ eſt in cōſpectu eius malignus: timētes autē dñm glorificat. f Hūc aūt. Hic cōſequenē beliſeus predicit eis abūdantiā aque ⁊ victoriam. ꝓmittit tñ ad hoc diſpoſitio cum dī: g Adducite mihi pſaltē. dicit hic Ra. Sa. q̄ ſpūs ꝓphetie receſſerat ab eo: eo q̄ exaſperatus fuerat cōtra regē iſrl. ſed hoc non videt rationabiliē dictū q̄ illud ꝓceſſit ex çelo dei. ⁊ iō aliter dicēdū. ſ. q̄ ſpiritꝰ ꝓphetie non ſemper tangit corda ꝓphetarū. vnde ⁊ ca. ſequenti dicit helyſeꝰ ꝛ ſunamite: Anima eius in amaritudine eſt. ⁊ dñs celauit a me. Ad hoc autē q̄ ſpiritus tangat cor ꝫ ꝑpe facit elevatio mentis ꝓ ꝛuotionem. Ad quod iuuat melodia ad hoc ordinata. Sūt enī aliq melodie que mouent ad pietatē ⁊ fletum. quibꝰ vtebāt antiquitus in planctu mortuorū: ⁊ aliq que mouent ad audaciam: ſicut tube quibus vtuntur in bellis. ⁊ aliq ad ꝛuotionem: quibus vtendū eſt in diuinis officijs: q̄ laudes diuine cantabāt inſtrumentis muſicis. ⁊ talem requiſiuit helyſeus. b Facite alueū torrentis huius foſſas ⁊ foſſas. i. foueas magnas in pluribus locis: ut aqua poſſit ibi colligi ⁊ remanere: ſicut in ciſternis. videbat enī ꝫphetā pluuiā magnā valde futurā ꝛ ꝫpinquo: in loco tamē ab eis diſtanti ⁊ abūdantiā aque ꝓ alueū ꝛ ſiccatū ꝛ ſcendere. ideo ſubdit: Non videbitis ventū ꝛc. predixit etiā victoriam. d. Inſup tradet etiā moab in manus veſtras ꝛc. ſequit: i Et vniuerſū lignū fructiferū ſuccidetis. videt q̄ dixerit contra legē Deut°. xx. vbi in obſidiōe ciuitatis ꝓhibet abſcindi ligna fructifera regionis illius. Ad hoc rñdent doctores cōmuniter q̄. ſ. i illa ꝓhibitione tūc fuit a deo diſpenſatū ꝓter malitiā ꝓli moab Poteſt tamē dici ⁊ melius ut videt p̄m intentionē textus q̄ illa ꝓhibitio facta fuit de arboꝛb⁹ fructiferis que erāt intra terminos filioꝛū iſrael. ut patꝛ ibidem. ⁊ hoc fuit ꝓhibitū ne regio quā habitaturi erant vaſtaret. Terra ꝯo moab nō erat

Dixit aūt beliſeus ad regē iſrl: Quid mihi ⁊ tibi ē: a Vade ad prophetas patris tui ⁊ matris tue. Et ait illi rex iſrl: Quare congregauit dominꝰ tres reges hos ut traderet eos in manꝰ moab: Dixitq̄ ad eū beliſeus. Viuit dñs exercituū in cuius conſpectu ſto: q̄ ſi non vultū ioſaphat regis iude erubeſcerē non attendiſſem quidē te: nec reſpexiſſem. Nunc aūt adducite mihi pſalten. Cūq̄ caneret pſaltes: facta ē ſup eū manus dñi. ⁊ ait: Hec dicit dñs: Facite alueū torrentis huius foſſas ⁊ foſſas. Hec enim dicit dominus: Nō videbitis ventum neq̄ pluuiā: ⁊ alueus iſte replebit aquis: ⁊ bibetis vos ⁊ familie veſtre ⁊ iumēta veſtra. Parūq̄ eſt hoc in cōſpectu dñi: inſup tradet etiā moab in manus veſtras. Et percutietis oēm ciuitatē munitā ⁊ omnē vrbem electā: ⁊ vniuerſū lignū fructifer ſuccidetis: cūctoſq̄ fontes aquaꝝ obturabitis: ⁊ oēm agrum egregiū operietis lapidibus. Factū eſt igit mane q̄ ſacrificium offerri ſolet: ⁊ ecce aque veniebāt p viam edom. Et repleta eſt tra aquis. Audierūt autem moabite audientes q̄ aſcendiſſent tres reges ut pugnarent aduerſus eos: conuocauerūt omnes qui accincti erāt baltheo ꝛ ſup: ⁊ ſteterūt in cōfinio. Primoq̄ mane ſurgentes ⁊ orto iam ſole ex aduerſo aquarū: viderunt moabite ecōtra aquas rubras quaſi ſanguinem. dixeruntq̄: Sanguis gladij eſt. Pugnauerunt reges contra ſe ⁊ cecidit ſunt mutuo. Nunc perge ad predā moab. Perrexerūtq̄ in caſtra iſrl Porro conſurgens iſrael percuſſit moab: at illi fugerūt coram eis. Ingreſſi igit qui vicerant: ⁊ percuſſerunt moab ⁊ ciuitates deſtruxerunt: ⁊ omnē agrum optimū mittentes ſinguli lapides replenerūt: ⁊ vniuerſos fontes aquarū obturauerunt: ⁊ omnia ligna fructifera ſucciderunt: ita ut muri tm̄ fictiles remanerent. Et circūdata eſt ciuitas a fūdibularijs ⁊ magna ex parte percuſſa. Qō cū vidiſſet rex moab prevaluiſſe. ſ. hoſtes tulit ſecū ſeptingentos viros educētes gladios: ut irrumperent ad regem edom: ⁊ non potuerūt. Arripiensq̄ filium ſuū primogenitū qui regnaturus erat ꝓ eo: obtulit holocauſtū ſup murū: ⁊ facta eſt indignatio magna in iſrael. Statimq̄ receſſerunt ab eo: Viderūt moabite aquas rubras. talis enī apparētia fiebat in aquis ex reuerberatione ſolis que a longe videbant: uel ſortitan miraculo factū eſt ꝫ ut moabite feſtinarent ad ſpolia. ⁊ ſic ꝛordinarent ſe ⁊ eſſent faciles ad vellandū. Cetera patent vſq̄ ibi: m Et muri tm̄ fictiles remanerent. dicit Ra. Sa. q̄ omnes muros lapideos deſtruxerunt ut lapides ꝓicerent ſuper campos fructiferos. put eis dixerat beliſeus. n Et circūdata eſt ciuitas a fundibularijs. i. a viris ponentibus machinas in circuitu ad ꝓiciendū lapides magnos. o Ut irrumperet ad regē edom. quia ex illa parte obſidio erat debilioꝛ. p Arripiensq̄ filiū ſuū ꝓmogenitum ꝛc. qō exponit cōmuniter ſic: q: vidit q̄ via humana non poterat reſiſtere. ideo voluit ſe ad diuinū auxiliū conuertere ad immolādū ꝓmogenitū ſuū. q Et facta eſt indignatio magna in iſrl ꝛc. ex cōpaſſiōe enī reputauerunt indignū vltra obſidere regem in tanta afflictione poſitū. ſed hec expoſitio nō videt rōnabilis. ꝓmo quia illa immolatio non erat ad dei placationē ſed magis ad offenſionem: etiā dato q̄ ſibi fieret: quia occidere innocentē eſt contra preceptum diuinū niſi hoc eſſet ex ſpeciali ⁊ expreſſo dei precepto: cuſlibet homo quātūcūq̄ innocens eſt mortis rebitor: propter qō abrahā hoc modo voluit immolare filiū ſuū. ut habet Geñ. ca. xxij. Iſte aūt rex moab non habuit tale preceptū. erat etiā idolatra. ſecundo quia filij iſrael querebāt mortē regis moab ⁊ populi ſui. ⁊ ideo non eſt ꝛoſimile q̄ recederent ab obſidione propter immolationē primogeniti ſui. ſed q̄ magis remanerent: quia illa immolatio fuit ſignū q̄ non poterant diu tenere ciuitatem. ⁊ hoc prouocat ad remanendum in obſidione magis q̄ ad recedendū. Propē qō aliter exponit Ra. Sa. litteram predictā. d. q̄ rex moab requiſiuit a ſapientibus ſuis qō eſſet meritum: propter quod ꝛus iſrael tanta fecerat ꝓ illo populo. ⁊ faciebat. Et reſponderūt q̄ hoc erat propter meritum abrahe patris ipſorum: qui filium ſuū iſaac voluit immolare ꝛo iſrael: quod audiens rex moab cepit filium ſuū primogenitum ⁊ immolauit eum ꝛo ſuo. ſcilicz ſoli quem ꝓ ꝛo colebat. Et facta eſt indignatio ſup iſrael. In hebreo habetur: ira ſup iſrael. ſ. ipſius dei offenſi contra filios iſrael. eo q̄ tunc fuerunt recordate iniquitates eorum coram ꝛo per angelum qui ꝓcerat moabitis: videlicz q̄ ipſi tanta mala uel ꝓpria fecerant immolando filios ſuos ⁊ filias ſuas ꝛmonibus. ut habetur ꝑs. cxiij. propter quod tunc in vindictā buiꝰ mali cecidit peſtilentia ⁊ mortalitas in exercitu iſrl ⁊ ſic fuerūt compulſi recedere ab obſidiōe ꝓpter petā ſua preterita.

buius conditionis: imo ꝛ illa dixit dñs filijs iſrael q̄ non daret eis quicq̄. ut habet Deut°. ij. Cetera patēt vſq̄ ibi: k Et ſteterūt in terminis. ut nō ꝓmitterent aduerſarios ingredi regionē ſuam. ⁊ quia ibi erāt loca angusta ⁊ difficilia ad tranſeundū. ⁊ ideo ibi melius poterant aduerſarios impedire. l

Simile aũt huius habet̄ Dañ.xl. vbi dicit̄ q̄ angel⁹ qui p̄erat p̄sis restitit angelo qui p̄erat iudeis: ⁊ impediuit liberationē captiuitatis iudeorũ ad temp⁹: querendo ⁊ p̄curando bonũ p̄sarũ quib⁹ p̄erat. ut ibidem pleni⁹ exp̄situ est. a Cap.iiij.

Mulier aũt. Hic q̄nter ponit miraculũ factũ p̄ heliseũ ad p̄solationē vidue. cũ dr̄: Mulier aũt q̄dã de vxoribus p̄phetarũ. sm doctores hebraicos ⁊ latinos ista mulier fuit vxor abdie: qui ad pascēdum p̄phetas tpe p̄secutionis iezabel. ut hr̄.iij.li.xviij. contraxit debita. b Et ecce creditor venit ⁊c. dicit Ra.Sa.q̄ iste creditor fuit iozā qui viuēte adhuc patre suo achab accomodauit abdie ad vsurā. cetera patēt vsq̄ ibi: c Nisi parũ olei quo vngar. i. reficiar aliquantulum ad pulmenti cōdimentũ. d Ingredere ⁊ claude ostiũ tuũ. cum eni fiunt miracula ad cōfirmationē multitudinis in fide uel ei⁹ cōsolationē fiũt in palā. cũ aũt ad p̄solationē singularis p̄sone fiunt coiter magis secrete. ⁊ b modo saluator noster filiā archisynagogi suscitauit a mortε. ⁊ non permisit ibi aliquē intrare nisi petrũ ⁊ iohānē ⁊ patrē ⁊ matrē puelle. ut habet̄ Marc. v ca. ⁊ hoc modo fecit in b loco helise⁹. cetera patēt vsq̄ ibi: e Venit aũt illa ⁊ indicauit hoi dei. ad regratiādũ sibi ne ingrata videret̄: ⁊ ad querendũ consiliũ quid faceret de illo oleo: q̄ nolebat agere nisi sm dispositionē helisei. f Facta est aũt. Hic cōsequenter ponit miraculũ factũ per heliseũ ad consolationē sunamitis deuote. ⁊ primo mirabiliter fecundat̄ secũdo mirabilius ei⁹ filiũ suscitat̄ ibi: Et egressa. Circa p̄mũ dicit̄ g Transibat helise⁹ p̄ vnā ciuitatē. Jn hebreo hr̄: Per sunā ciuitatē. Erat aũt ibi mulier magna. i. potens diues ⁊ deuota. Dic̄ Ra.Sa.q̄ hec mulier fuit sozor abisag vxoris dauid. sed hoc patet falsum: q̄ post mortem dauid salomon regnauit xl. annis. roboā. xvij. abia tribus. ⁊ asa. xli. iosaphat. xviij. ante regnũ iozā regis israel. cui heliseus fuit cōtemporaneus. ⁊ sic ista mulier si fuisset sozor abisag q̄ cōcepit iam fuisset ad min⁹. cxx. annorũ. Et si dicat̄ q̄ miraculose concepit nō valet: q̄ q̄ nō habuerat filiũ hoc solũ fuit p̄pter senectutē viri sui quā allegauit giezi: ⁊ nō mulieris. b Que tenuit eum. i. instanter inuitauit. i Ut comederet panē. i. acciperet cōpetentem refectionē: q̄ noīe panis intelligit̄ oīs cibus. ut frequenter dictũ est. k Animaduerto q̄ vir dei sanctus ē iste. Dicit Ra.Sa. q̄ hoc p̄cepit eo q̄ nulla musca uel alia immundicia sup mensam eius residebat. Faciamus ergo ei ⁊c. seq̄t̄:

l Ut cũ venerit ad nos maneat ibi. i. decenter recipiat̄ sicut decet virũ sanctũ recipere. cetera patent vsq̄ ibi: m Nunq̄d habes negociũ ⁊c.] habebant eni helisei in reuerentia: eo q̄ succurrerat exercitui israel i aque penuria. ut dictũ est ca. precedenti. n Que respondit in medio populi mei habito. i. ita vallata sũ amicis meis q̄ null⁹ infert mihi molestiã. ⁊ sic non habeo negociũ ad regē uel militie p̄ncipem. o Et ait. s helise⁹ giezi famulo suo. p̄pter q̄ rñdit giezi dicens: p Me q̄ras. q. d. hoc esset frustra. cuius cã subdit̄ cũ dicit̄: q Filiũ eni non habet. qui possit ei in bonis succedere. r Et vir ei⁹ senex est. ita q̄ est impotens de ceco ad generādũ. s Jn tpe isto ⁊c.] Jn hebreo hr̄ sic: Jn tpe isto sicut est tẽp⁹ vite ampleteris filiũ. i. ãno reuoluto viues sana. sic nũc. ⁊ ampleteris filiũ iam natũ. Sm q̄ exponit Ra.Sa. t Moli men. an. tue. hebrei dicũt: Moli de ficē ancille tue. verbum eni hebraicũ q̄ ponit hic ē eq̄uocũ ad mētiri ⁊ decipere. ⁊ est sensus sm Ra. Sa. Si impetrares mihi filiũ cito moriturũ: nõ eẽt mihi mã gaudij ex meroris. ⁊ ideo rogo ut nõ decipiat verbum tuũ. sic q̄ filiũ mihi donãd⁹ nõ moriat ex viuat. cetera patēt vsq̄ ibi: v Collocauit eũ sup ⁊c. sperans q̄ p ei⁹ p̄ces suscitaret̄: q̄ petiuerat ab eo filiũ victurũ. x Et clausit ostiũ. ne puer mortu⁹ inueniret̄ ⁊ sepeliret̄ aĩ aduẽtũ helisei. y Et egressa. Hic q̄nt̄ filiũ sunamitis suscitat̄ ad p̄ces ipsi⁹. z Quã ob cãm vadis ad eũ. igrabat eni mortε pueri. a Hodie nõ sũt cal. ⁊c. hoc dixit q̄ in illis dieb⁹ festiuis tocies frequẽti⁹ ibãt ad p̄phas ad audiendũ verbũ dei. cetera patēt vsq̄ ibi b Que rñdit. recte.

Mulier aũt q̄dã de vxoribus p̄phetarũ clamabat ad heliseum dicens: Seruus tuus vir me⁹ mortuus est: ⁊ tu nosti q̄ seruus tuus fuit timens deũ. Et[b] ecce creditor venit ut tollat duos filios meos ad seruiendum sibi. Cui dixit heliseus. Quid vis ut faciã tibi? Dic mihi: q̄d habes in domo tua? At illa respondit: Nõ habeo ancilla tua quicq̄ in domo mea: nisi[c] parũ olei quo vngar. Cui ait: Vade pete mutuo ab omnibus vicinis tuis vasa vacua nõ pauca: ⁊ ingredere[d] ⁊ claude ostiũ tuũ cum intrinsecus fueris tu ⁊ filij tui: ⁊ mitte inde in omnia vasa hec: ⁊ cum plena fuerint tolles. Juit itaq̄ mulier ⁊ clausit ostium sup se ⁊ sup filios suos. Jlli offerebãt vasa: ⁊ illa infundebat. Cũq̄ plena fuissent vasa: dixit ad filiũ suũ: affer mihi adhuc vas. Et ille respondit: Nõ habeo: Stetit q̄ oleum. Venit[e] aũt illa ⁊ indicauit homini dei: Et ille: Vade inquit vende oleũ ⁊ redde creditori tuo: tu autẽ ⁊ filij tui viuite de reliquo. Facta[f] ẽ aũt quedam dies: ⁊ trãsibat[g] heliseus p̄ sunam ciuitatem. Erat autẽ ibi mulier magna: que[h] tenuit eum ut[i] comederet panẽ Cũq̄ frequenter inde trãsiret diuertebat ad eam ut comederet panem. Que dixit ad virũ suũ: Animaduerto[k] q̄ vir dei sanctus est iste: qui transit per nos frequent. Faciamus ergo ei cenaculũ paruũ: ⁊ ponam⁹ ei in eo lectulũ ⁊ mẽsam ⁊ cellã ⁊ cãdelabrũ: ut[l] cum venerit ad nos maneat ibi. Facta est ergo dies quedam ⁊ veniẽs diuertit in cenaculum: ⁊ requieuit ibi. Dixitq̄ ad giezi puerum suũ: Voca sunamiten istam. Qui cum vocasset eam ⁊ illa steterisset coram eo: dixit ad puerũ suũ: Loquere ad eam: Ecce sedule in omnib⁹ ministrasti nobis: quid vis ut faciã tibi? Nũq̄d[m] habes negocium: ⁊ vis ut loquar regi siue p̄ncipi militie?] Que[n] respõdit: Jn medio populi mei habito. Et[o] ait: Quid ergo vult ut faciam ei? Dixitq̄ giezi: Ne[p] queras: Filium[q] eni non habet: ⁊[r] vir ei⁹ senex est. Precepit itaq̄ ut vocaret eam. Que cum vocata fuisset ⁊ stetisset ante ostium: dixit ad eam: Jn[s] tpe isto in hac eadẽ hora si vita comes fuerit habebis in utero filiũ.] At illa: Noli queso dñe mi vir dei: noli[t] mẽtiri ancille tue. Et cõcepit mulier ⁊ peperit filiũ in tpe ⁊ in hora eadem qua dixerat heliseus. Creuit aũt puer ⁊ cũ esset quedam dies ⁊ egressus isset ad patrẽ suũ ad messores: ait p̄ri suo: Caput meũ doleo: caput meũ doleo. At ille dixit puero: Tolle: ⁊ duc eum ad matrẽ suam. Qui cum tulisset ⁊ duxisset eũ ad matrẽ suam: posuit eũ illa sup genua sua vsq̄ ad meridiẽ: ⁊ mortuus est. Ascendit autẽ ⁊ collocauit[v] eum super lectũ hominis dei: ⁊[x] clausit ostiũ. Et[y] egressa vocauit virũ suũ. ⁊ ait: Mitte mecũ obsecro vnũ de pueris ⁊ asinam: ut excurram vsq̄ ad hominem dei: ⁊ reuertar: Qui ait illi: Quã[z] ob causam vadis ad eum: Hodie[a] nõ sunt calende neq̄ sabbatum. Que[b] respõdit: Valadã. Strauitq̄ asinam ⁊ precepit puero:

in hoc q̄ videt mentita fuisse nō oportet eam excusari. uel p̄t dici q̄ sic locuta est in ſpe resurrectionis filij sui p helyseum: que fuit materia maioris gaudij q̄ conceptio uel parturitio. a Et accessit giezi ut amoueret eā. helyseus enī nō erat assuetus p̄mittere q̄ mulier tangeret ipsū. b Dimitte illam. ut non solū per preces helysei: sed etiā per lachrymas matris impetraret resurrectio filij. c Et dominus celauit a me. quia spiritꝰ sanctus non semp tangit corda p̄phetarū neq; de omnibus. d Nunq̄d petiui filiū a dño meo? q. d. sicut p̄prio motu mihi filiū impetrasti. ita rogo eiꝰ resurrectioꝝ impetrare: ut verbū tuū sit stabile. e Accinge lumbos tuos i. dispone te ad currendum velociter ꝛ expedite. f Si occurrerit tibi hō non salutes eum. i. non cōmisceas cū eo ꝓba te ab itinere impediētia: ꝛ p talem modū loquit̄ saluator discipulis ad predicādū missis. Luc. x. Neminem p viam salutaueritis. Giezi autē p̄cesserat ꝛc. seq̄t̄: g Et nō erat vox neq; sensus. dicit Ra. Sa. q̄ b fuit p̄pter temeritum giezi qui nō seruauit preceptum helysei: sed occurrentibus sibi hominibus iactanter dicebat se missum ad suscitandum mortuū. Expositores autē nostri dicūt q̄ hoc fuit ad designādū q̄ lex vetus que p baculū designatur non cōferebat gratiam viuificantē: sed hoc facit verbū incarnatum: q̄ significabat̄ p extensionem helysei super puerū. vnde dicit̄ Job. j. Lex p moysen data est: grā ꝛ veritas p ihm xp̄m b Posuitq; os suū super os eius ꝛc. hoc fecit ad ostendendū magnū desiderium ad pueri suscitationem: uel p̄pter causam mysticā iam dictam: uel potius p̄pter vtrūq;. i Voca sunamiten hāc. non vocat eam p̄prio nomine. ad ostendendū q̄ nō habebat cū ea tantam familiaritatem q̄ petiuisset eius p̄priū nomē. k Erat aūt fames in terra. hic p̄nter ponit̄ miraculū ad p̄solationē cōgregationis famelice. ꝛ p̄mo ponit̄ duplex miraculū. secundū ponit̄ ibi: Vir q̄dā. Primū miraculū est de pulmenti dulcoratione. cui⁹ p̄paratio ponit̄ cū dicit̄: l Loque pulmentū filijs p̄phetarū. i. discipulis eorū qui viuebant religiose. ut dictū est s. ij. ca. m Collegit ex eo coloquintidas. que sūt valde amare ꝛ sunt quasi cucurbite silueſtres: ꝛ folia eius habent quandā similitudinē cum foliis vitis. n Nesciebat enī quid esset. i. q̄ essent talis amaritudinis. o Afferte inquit farinam. non q̄ haberet ex se virtutē dulcorandi: ſ hoc factū est meritis helysei. p Vir autē quidam. hic ponit̄ secundū miraculum de multiplicatiōe panū. cū dicit̄: Vir aūt quidam venit de baal salisa. que sunt dictiones in hebreo. ꝛ baal ut hic accipitur est nomē appellatiuum. ꝛ sigt̄ planitiē seu regionem. salisa ꝓo est nomen proprium ciuitatis in illa regione. q Deferēs viro dei panes primitiarū. nō accipiūt hic panes primitiarū quales offerebant in templo dñi sed dicunt̄ primitiarum q̄ erant de primis frugibus illi⁹ anni. hordeum autē primo venit ad maturitatē. maxime in terra illa. ideo subdit̄: r Viginti panes hordeaceos. in quo ostenditur numerus panū ꝛ materia. Aliqui autē libri habent interpositū li et. sic: ꝛ viginti panes. sed li ꝛ nō ē in hebreo nec i libris correctis nec de textu. s Et frumentū nouū. In hebreo habet̄: Et granatam. frumentū enī nō ita cito venit ad maturitatem sicut hordeū. ꝛ ideo granū non erat adhuc aptū ut inde fieret panis poterant tamen spice ille aliquantulū torreri ꝛ sic granū excuti p cōfricationem. t Quantū est hoc ut apponā coram centū viris. Erant enim valde parui illi panes: ita q̄ vnus nō sufficeret pro vno homine. q̄ patz ex hoc q̄ ille homo apportauerat panes illos ꝛ granatam intra peram suā. ut dicit̄ in hebreo. v Qui comederūt ꝛ superfuit. quia illi panes fuerunt miraculose multiplicati p̄pter meritum helysei. Talis autem multiplicatio potest fieri a deo dupliciter. vno modo p additionē alterius materie. alio modo sine tali additione: quia sicut de nihilo p̄duxit materiā: ita de modica materia uel pauca p̄t facere magnā ꝛ multā. sicut dictū fuit plen⁹ Genē. ij. de formatiōe mulieris de costa ade. ꝛ Job. vj. de multiplicatione. v. panū in manibus saluatoris. Quis autē istorū modorum multiplicationis fuerit in hoc facto: non habet̄ ex scriptura.

Mina ꝛ p̄pera ne mihi morā facias in eundo: ꝛ hoc age q̄ p̄precipio tibi. Profecta est igit̄: ꝛ venit ad virum dei in monte carmeli. Cumq; vidisset eā vir dei decontra: ait ad giezi puerum suū: Ecce sunamitis illa. Vade ergo in occursū eius. ꝛ dic ei: Recte ne agitur circa te ꝛ circa virū tuū ꝛ circa filium tuum? Que respondit: Recte. Cūq; venisset ad virum dei in montē: apprehēdit pedes eiꝰ: ꝛ accessit giezi ut amoueret eā Et ait homo dei: Dimitte illā Anima enim eius in amaritudine est: ꝛ dñs celauit a me. ꝛ non indicauit mihi. Que dixit illi: Nunq̄d petiui filiū a dño meo? Nunq̄d nō dixi tibi: ne illudas me? Et ille ait ad giezi Accinge lumbos tuos: ꝛ tolle baculum meū in manu tua ꝛ vade. Si occurrerit tibi homo non salutes eum: ꝛ si saluauerit te quispiam nō respondeas illi. Et pones baculū meū super faciem pueri. Puto mat̄ pueri ait: Viuit dñs ꝛ viuit anima tua: nō dimittā te. Surrexit ergo ꝛ secut⁹ est eam. Giezi aūt p̄cesserat ante eos: ꝛ posuit baculū sup faciem pueri: ꝛ nō erat vox neq; sensus. Reuersusq; est in occursū eius: ꝛ nūciauit ei dicens: Non surrexit puer. Ingressus ē ergo helyseꝰ domū: ꝛ ecce puer mortuus iacebat in lectulo eius. Ingressusq; clausit ostiū sup se ꝛ super puerum: ꝛ orauit ad dñm. Et ascendit ꝛ incubuit sup puerū: posuitq; os suū sup os eius: ꝛ oculos suos sup oculos eius: ꝛ manus suas sup manus eius: ꝛ incuruauit se sup eum: ꝛ calefacta est caro pueri. At ille reuersus deambulabat i domo semel hucatq; illuc: ꝛ ascēdit ꝛ incubuit sup eum. Et oscitauit puer septies: aperuitq; oculos. Et ille vocauit giezi ꝛ dixit ei: Voca sunamiten hanc. Que vocata ingressa est ad eū. Qui ait Tolle filium tuū. Veniti illa ꝛ corruit ad pedes eius: ꝛ adorauit sup terrā. Tulitq; filiū suū ꝛ egressa est: ꝛ heliseꝰ reuersus est i galgala. Erat aūt fames in terra: ꝛ filij p̄phetarū habitabant coram eo: dixitq; vni de pueris suis: Pone ollā grādem ꝛ coque pulmentū filijs p̄phetarū. Et egressus est vnus in agrum ut colligeret herbas agrestes. Inuenitq; quasi vitē silueſtrem: ꝛ collegit ex ea coloquintidas agri: ꝛ impleuit pallium suū: ꝛ reuersus concidit in ollā pulmēti. Nesciebat enī quid esset. Infuderūt ergo socijs ut comederēt. Cūq; gustassent de coctione: exclamauerunt dicentes: Mors in olla vir dei. Et nō potuerūt comedere. At ille: Afferte inquit farinā. Cumq; tulissent: misit in ollam ꝛ ait: Infunde turbe ut comedant: ꝛ non fuit amplius q̄q̄ amaritudinis in olla. Vir aūt quidā venit de baal salisa defrens viro dei panes primitiarū: viginti panes hordeaceos: ꝛ frumentū nouū in pera sua. At ille dixit: Da populo ut comedat. Respōditq; ei minister eius. Quantū est hoc ut apponā coram centū viris? Rursum ille: Da ait p̄pho ut comedat. Hec enī dicit dñs: Comedent ꝛ supererit. Posuit itaq; coram eis. Qui comederunt:

Naaman princeps militie. Hic ꝓsequenter a Cap. v. ponunt miracula helisei coꝝ infidelibus. 7 ꝑ circa hoc triplex miraculū ponit. 2° scriptura historiā ꝓsequit. viij. ca. Prima in tres. quia ꝑmo ponit miraculū ad naaman gētilis cōuersionem. secūdo ad insidiātiū repressionē. ca. vj. tertio ad penitentiū cōsolationē. circa mediū vj. capituli. ibi: Factū ē aūt. Prima adhuc diuiditur in tres partes. q2 ꝑmo naaman ꝑ curatiē estimat. secundo a lepra curatur. ibi: Misitq3 heliseus. tertio gieçi lepra pcutit. ibi: Dixitq3 gieçi Circa primū dr: Naaman princeps militie regis syrie erat vir magn9 7c. Dicūt enī expositores nostri cōmuniter q3 ipse ꝑ sapientiā 7 probitatē suā vastauit latrūculos q3 multū molestabant regnū syrie. 7 ideo subdit: b Per illum enī dedit dñs salutē syrie. 7 ꝓpter hoc erat magnus 7 honoratus in regno. Ra. Sa. dicit q3 ipse sagittauit achab in prelio. ut habet̄ 3. iij. li. ca. vltj. licz nomē suū ibi nō exprimatur. 7 ꝓpē hoc subdit: Per illū enī dedit dñs salutē syrie q3 interfecto achab syria fuit liberata a tributo qō ei reddebat̄. ꝑfederatiē henadab cum eo. ut br. 3. iij. libro. ca. xx. 7 ꝓpē hoc fuit elevatus ad p̄cipatum militie. c Erat autē vir fortis 7 dives sed leprosus. ad hoc enim fuit lepra pcussus. ut per curationē eius mirabilē veniret ad dei veri fidem q3 pcusserat achab idolatram. d Utinam fuisset dñs 7c. Jantequ enī caperetur 7 in ancillā naamā venderet: audierat in terra israel magnalia que fecerat helise9 7 ꝑ hoc sperabat q3 sic ꝑfect curari dñs suus. Erat patent vsq3 ibi: e Et tulisset secum decem talenta argēti 7c. In hebreo habet̄: Centū centenarios: quoꝝ quilibz valebat centū talēta cōmunia. hec aūt accepit ꝑ sūpsit9 in via 7 ad dandū ꝓpte munera. f Ut cures eum a lepra sua. hoc est. facias curari ꝑ ꝓphetam qui est in terra tua. g Scidit vestimēta sua. Dicūt expositores nr̄i cōmuniē q3 hoc fuit eo q3 intellexit illud verbū esse blasphematoꝝ sibi potentiā diuinā attribuendo. vnde subditur: b Nunquid deus ego sum. modus enī erat iudeorum scindere vestimenta sua quando audiebant dei blasphemiā. Vñ Matb. xxvj. dr Tunc princeps sacerdotū scidit vestimenta sua. dicens: blasphemauit. sed hec expositio non bene consonat littere sequenti: in qua dicit q3 heliseus cum reprehendit de tali scissione: qō nō fecisset. si ꝓpter reverentiam nominis domini facta fuisset. 7 ideo aliter dicit q3 hoc fecit ex imꝫ arientia: credens q3 rex syrie quereret occasionem mouendi guerram contra se. ꝓtendo ab eo rem sibi impossibilem. ideo subdit: Videte quot occasiones querat aduersum me. i Veniat ad me 7 sciat. ꝑ experientiā sue curationis. l Prophetam. dei veri. k Esse in israel. ut sic rex syrie timeat guerram mouere contra populū habentem deum tante potentie. m Misitq3 ad eum. Hic ꝓnter ponit naaman curatio. cum dicitur: n Vade 7 lauare septies in iordane. hoc autē sibi mandauit q3 nuncium: ut dei potentie magis attribueretur miraculū: eo q3 ꝓpheta non locutus fuit cum eo: nec eū tetigit sicut credebat naaman: credens q3 in ipso prophet esset aliqua virt9 curandi ipsū. o Iratus naamā recedebat. eo q3 ꝑ talem modū se curari non sperabat: cū fluuij syrie cēsent ita boni uel meliores: sicut fluuius iordanis. nec tamē habebant ad hoc aliquā virtutem. p Si rem grandē id est difficilē. q Dixisset tibi ꝓpheta certe facē debueras. 7 multo magis rem facilē quā tibi mandauit. r Et restituta est caro eius sicut caro pueri paruuli. que est purior q3 in etate virili aut senili. quia caro adgenerata ꝑ alimentum quanto ꝓcedit vlterius tāto fit impurior: sicut vinū ꝑ admixtionē aque ut habetur ꝑmo de generatione. s Reuersusq3 est ad virū dei. ut ostenderet se gratū deo 7 ꝓpte de sua curatione. ꝛō subdit: t Vere scio q3 nō sit alius deus. 7 sic fidem vnius veri dei quā conceperat corde confessus est ore. sm dictū apli Roma. x. ca. Corde creditur ad iusticiam: ore aūt confessio fit ad salutē. v Obsecro itaq3 ut accipias benedictionē. i. munera gratanter 7 deuote oblata. x Dixit dominus ante quem sto quia nō accipiam. ut ostenderet se non querere sua: sed anime sue 7 corporis salutem. y Ut tollam onus duoꝝ burdonū. animalia sunt genita ex equo 7 asina: sicut mulus econtrario. s. ex equa 7 asino. z De terra. s. israel quā reputabat sanctam ꝓpter cultū dei ibi existentem. intendebat enī ex ea facere altare in domo sua. sm q3 dicit Exo. xx. Altare de terra facietis mihi. 7 ibi imolate deo celi. ideo subditur: Non enim faciet

7 sup fuit iuxta verbū dñi. V Naaman a princeps militie regi syrie erat vir magn9 apud dñm suū 7 honoratus. Per b illū enī dedit dñs salutē syrie. Erat c autē vir fortis 7 dives: sed leprosus Porro de syria egressi fuerant latrunculi: 7 captiuā duxerāt de terra israel puellā paruulā: q3 erat in obsequio vxoris naaman. Que ait ad dñam suam: Utinā d fuisset dñs meus ad ꝓphetā J q3 ē in samaria: pfecto curasset eum a lepra quā habet. Ingressus ē itaq3 naaman ad dñm suū. 7 nūciauit ei dicens: Sic 7 sic locuta ē puella de tra israel. Dixitq3 ei rex syrie: Vade: 7 mittā litteras ad regem israel. Qui cū pfectus esset 7 e tulisset secū decē talenta argēti 7 sex milia aureos 7 decem mutatoria vestimentoꝝ: detulit litteras ad regem israel in hec verba: Cum acceperis epl̄am hāc: scito q3 miserim ad te naaman seruū meū: ut f cures eū a lepra sua. Cumq3 legisset rex israel litteras: scidit g vestimēta 7 ait: Nūquid b deus ego sum ut occidere possim 7 viuificare: quia iste misit ad me ut curem hominē a lepra sua? Aliaduertite 7 videte q3 occasiones querat aduersum me. Qō cum audisset heliseus vir dei: scidisse videlicz regē israel vestimenta sua: misit ad eū dicēs: Quare scidisti vestimenta tua? Veniat i ad me: 7 sciat esse k ꝓphetā l in israel. Venit ego naamā cū equis 7 curru m: 7 stetit ad ostiū domus heliseī. Misitq3 n ad eū heliseus nunciū dicēs: Vade o 7 lauare septies in iordane: 7 recipiet sanitatē caro tua atq3 mundaberis. Iratus p naaman recedebat dicens: Putabā q3 egrederet ad me 7 stans inuocaret nomen dñi sui: 7 tangeret manu sua locū lepre: 7 curaret me. Nunqd non meliores sunt abana 7 pharfar fluuij damasci omnib9 aquis israel: aut lauer in eis 7 munder? Cū ergo vertisset se 7 abiret indignans: accesserunt ad eum serui sui 7 locuti sunt ei: Pater: 7 si q rem grandem dixisset tibi ꝓpheta certe facere debueras: quanto magis quia nunc dixit tibi lauare 7 mūdaberis? Descendit 7 lauit septies in iordane iuxta sermonē viri dei: 7 r restituta ē caro ei9 sicut caro pueri paruuli 7 mūdatus est. Reuersusq3 s ad virū dei cū vniuerso comitatu suo venit 7 stetit coram eo. 7 ait Vere t scio q3 non sit alius deus9 in vniuersa tra: nisi tm in isral. Obsecro v itaq3 ut accipias benedictionē a seruo tuo. At ille respōdit: Viuit x dñs ante quē sto: quia nō accipiam. Cumq3 vim faceret: penit9 nō acquieuit. Dixitq3 naaman: At vis. Sed obsecro concede mihi seruo tuo: ut y tollam onus duoꝝ burdonum de z terra. Non enī faciet ex hinc seruus tuus holocaustū aut victimā dys alienis nisi domino. Hoc autē solū est de quo deprecetur dominū pro seruo tuo: quando ingredietur domin9 meus templū remmon

a Dixitq; eis ysaias. Hi ꝓ̃ne ponit ysaie cõsolabilis rñsio. cũ dr̃: b Noli timere a facie ser. i. ꝑ̃ Hmones. c Quib⁹ blasphe. pu. regis assyrioꝝ. i. Fui sibi familiares ⁊ cari sicut filij. d Me. q; verba rabsacis imponebãt eo impotentiã. dicendo q; non posset saluare eçechiã ⁊ ꝑplm suũ de manu regis assyriorum. ⁊ sic dicebat eũ impotentiorem homine mortali. e Ecce ego imittam ei spiritum. id est turbationẽ mentis, cui⁹ causa subdit: f Et audiet nũciũ. s. de rege ethiopie invadẽte eius regnũ. ut bateat. j. g Et reuertet in terrã suam ⁊c.] B nõ fuit i isto reditu sed in secũdo. q; rediit ad obsidẽdũ irlm: ⁊ inde fugit territus ꝑ̃ plagã sui exercit⁹ ⁊ tũc in terra sua a filijs suis fuit occisus. ut bateat in fine buj⁹ capituli. b Reuersus est ergo rabsaces. prr. acto nũcio. dicũt eũ aliq; doctores q; ibi remãsit exercitus assyrioꝝ. i Audierat enĩ q; recessisset de lachis. ipsa expugnata uel destructa. k Cumq; audisset. Hic ꝓ̃ter referbitur secũda renũciatio ꝓphetica de liberatione eçechie ⁊ ꝑpli sui. circa q̃ primo ponitur eiꝰ cõminatio ꝑ regẽ assyrioꝝ. secundo eius votua oratio cora rege celorũ. tertio eius cõsolatio ꝑ ꝓphetam ꝓscium secretoru̇ dñoꝝ. secũda ibi: Itaq; cũ accepisset. ctia ibi: Misit aũt isaias. Circa ꝑmũ dr̃: Cũq; audisset s. sennacherib. l Et iret ꝫ eũ. s. ꝫ regẽ ethiopie ⁊ exercitum suum. m Misit nuncios ad eçechiam. cõminando q; victis hostibus cõtra quos ibat reuerteret ad destruendum hierusalem. n Non te seducat domiꝰ. ⁊ sic blasphemat dominũ tanq; habentem falsitatem ⁊ saluandi impossibilitatem. o Nũquid liberauerunt dij gentium ⁊c. q. d. multi erãt ⁊ tamẽ nõ potuerũt liberare cultores suos. ⁊ multo minus deus vester quem dicitis esse vnicum poterit vos liberare. idem est argumentum quod fecerat rabsaces ca. xviij. p Itaq; cum accepisset. Hic ꝓsequenter ponit ipsius eçechie oratio. cum dicitur: Itaq; cum accepisset eçechias litteras. verbo enim ⁊ scripto cõminat⁹ sibi fuerat rex assyriorum ad maiorem terrorem. q Et expandit eas coram domino. quia cõtinebant blasphemias cõtra ipsum. ut visum est. r Et orauit in conspectu eius. ut glorificaret nomen suum contra blasphemias nomini suo irrogatas ⁊ saluaret populũ contra cõminationes predictas. s Domine deus israel qui sedes super cherubin. id est presides omni creature etiam angelice. ⁊ hoc significabatur in templo vbi propitiatorium quod erat quasi sedes dei sustentabatur a duob⁹ cherubin binc ⁊ inde positis. sicut fuit plenius expositum Exo. xxv. t Inclina aurem tuam ⁊ audi. id est effectum iusticie tue ostende contra sennacherib. Letera patent vsq; ibi: v Et sciant omnia regna terre. q; tu es dñs deꝰ solus. cõterendo sennacherib qui deos aliarũ gentium destruxerat. x Misit autẽ isaias. Hic cõsequenter ponitur cõsolatio eçechie per ysaiã renunciando sibi ipsius sennacherib futurã ruinam. ⁊ primo de ruina ꝑdicitur. secũdo ad buj⁹ ꝑbarionem mirabile signũ adducit. ibi: Tibi autẽ eçechia. Circa primũ ysaias dirigit ꝑmonẽ ex pte dñi ad eçechiã dicens esse oratione eiꝰ exauditam. cui dr̃: Que deprecat⁹ es ⁊c. sequit: y Sprezit te. in animo suo virtutem tuã nullã reputando. z Et subsannauit. sensibili signo. subsannatio enim ꝓprie dr̃ cõtempt⁹ cum signo sensibili. ⁊ dicit subsannatio a rugatione nasi. a Virgo filia syon. i. irlm: que dr̃ virgo ꝓpter integritatẽ fidei q; semp remansit ibi in aliquib⁹. Filia syon dicit. q; sicut filia a matre ꝓtegit: ita ciuitas irlm ꝓtegebat a fortalicio q̃ erat in mõte syon. b Post tergum tuũ caput mouit. q; habitatores irlm non audebãt exire in campũ ꝓtra eum: sed magis fugiebant ab eo: ⁊ sic vertebant ei dorsum. Cõsequẽter ysaias dirigit sermonẽ suũ ad sennacherib dicens: c Contra quem exaltasti vocẽ tuã. cõminando ⁊ blasphemãdo pre superbia. ⁊ rñdit. d. d Cõtra sanctũ isrl. i. ꝓtra illum qui est sanctus sanctoru̇ ⁊ deus isrl ꝑ specialem cultũ. e Per ma. ser. tuoꝝ exprobrãdo. sicut ꝓ ex ꝓcedẽtib⁹ de rabsace ⁊ alijs nũciis q̃ apportauerũt lras eçechie. ⁊ iste fuit maior ꝓtempt⁹ q̃ si sennacherib hoc fecisset in ꝑsona ꝓpria. sicut dare alapã alicui ꝑ vilem ꝑsonam q̃ ꝑ seipsũ. f Et dixisti. in corde tuo. g In multitudine cur. meoꝝ ascen. excel. montiũ. i. ciuitatem irlm. ⁊ templum q̃ erat in excelso respectu aliarum terrarum. h In sũmitate libani. i. templi de lignis cedros ei⁹ ⁊c. q; de talib⁹ lignis erat factum templũ. uel per istas arbores metaphorice designantur principaliores populi. ut principes sacerdotum. ⁊ licz ista adhuc non fecisset sennacherib. tamen ex superbia cordis reputabat se certitudinaliter facturum de futuro: ac si iam esset factum de preterito. ⁊ ad hoc designandum vtitur ꝓprie tali modo loquẽdi. k Et saltũ carmeli. i. vulgares boies. l Et bibi aquas alienas. i. ab alijs in cisternis ⁊ stagnis collectas. m Et siccaui vestigijs pedum meoru̇m. i. hominũ exercitus mei: ⁊ aliorũ venientiũ illuc ad hauriendũ ⁊ bibendũ. Cõsequẽter ꝓpheta

in ꝑsona dñi alloquit sennacherib dicens: a Nūquid non audisti quid ab initio fecerim. s. cēm creaturā de nihilo. q. d. scire & audire debuisti. q: licz gentiles ponerent multitudinē deoꝝ. tñ super eōs ponebāt vnā causam primā omniū quā vocabant deū deoꝝ. b Ex diebus antiquis. i. abeterno. plasmaui illud. i. faciendū disposui quicqd factū est ꝓ ꝑes tuos & te: ad puniendū aliqua mala facta cōtra me. sm q dic dñs Isa. x. De assur virga furoꝛ mei & baculꝰ ipse est &c. Et nūc adduxi. istā punitionē ꝑ te & ꝓ alios. c Erūtq; in ruinā &c. hoc est dictū. ruine ciuitatū & terrarū & ꝓꝛoꝝ que facte sunt & fiende ꝓ te totum est mea ꝑtute. d Facti sūt velut fenū agri. i. nullius resistētie aut virturis. quia sic volui. e Habitaculum tuū. in terra tua quando tractabas in cōsilio tuo de inuasionib⁹ aliarū gentiū. f Et egressum tuū. pcedendo ad bellum. g Et introitum tuū. intrando terras alienas & ciuitates. h Ego prescini. q: omnia ista preordinaui. i Et furoꝛē tuū contra me. blasphemādo nomen meū tanq; ingratissimꝰ & insanus de victoriis quas dedi tibi. k Ponam itaq; circulum in naribꝰ tuis. sicut fit bubalis. & est sensus te indomitū ego domabo malis gratibus tuis. l Et reducā te. s. cōfusiue ad terrā tuam. sicut ꝓ in fine buiꝰ capituli. m Tibi aūt ezechia.

pedum meorum omnes aquas clausas. Nūquid [a] non audisti quid ab initio fecerim? Ex[b] diebus antiquis plasmaui illud: & nunc adduxi. Eruntq; [c] in ruinam colliuum cōpugnantiū ciuitates munite. Et qui sedent in eis humiles manu: contremuerunt & confusi sunt: facti[d] sunt velut fenum agri & virens herba tectorum: que arefacta est anteq; veniret ad maturitatē. Habitaculum [e] tuum & [f] egressum tuū & [g] introitū tuū & viam tuam ego[h] prescini: & [i] furoꝛem tuum contra me. Insanisti in me: & superbia tua ascendit in aures meas. Ponam [k] itaq; circulum in naribus tuis: & chamū in labijs tuis: & [l] reducam te in viam ꝑ quā venisti. Tibi[m] aūt ezechia hoc erit signū. Comede [n] hoc āno que reppereris: in secūdo autem anno que sponte nascūtur. Deinde [o] in āno tertio seminate & metite: plātate vineas: & comedite fructus eaꝝ. Et quodcūq; reliquū fuerit de domo iuda mittet [p] radicem deorsum: & [q] faciet fructum sursū.

De hierusalem quippe egredient reliquie: & quod saluet de monte syon. Zelus [r] domini exercituū faciet hoc. Quāobrem hec dicit dñs de rege assyrioꝝ: Non[s] ingredietur vrbem hanc: nec mittet in eam sagittam: nec occupabit eam clype⁹ nec circūdabit eam munitio. Per viā qua venit reuertetur: & ciuitatem hāc non ingredietur dicit dñs: ꝓtegamq; vrbem hanc & [t] saluabo eam: ꝓpt̄ me & [u] ꝓpt̄ dauid seruū meū. Factum[x] est igitur in nocte illa venit [y] angel⁹ domini: & [z] percussit in castris assyriorū centum octogintaquinq; milia. Cūq; diluculo surrexisset vidit[a] omnia corꝑa mortuorum: & recedens abijt. Et [b] reuersus est sennacherib rex assyriorum: & mansit in niniue. Cūq; [c] adoraret in templo nesrath deū suū: adramelech & sarasar filij eius percusserunt eum gladio: fugeruntq; [d] in terram armeniorū: & regnauit asaraddon filiꝰ eius

Ꝓ eo. xx

In diebus illis egrotauit ezechias vsq; ad

ponitur buiꝰ literationis executio in facto. cum dicit: Factū est igitur in nocte illa. hoc non potest referri ad tempꝰ in quo isaias dixit ista que predicta sunt. quia fuerunt duo anni intermedij quibus ꝑs ezechie vixit de frugibus granoꝝ contritoꝝ & pomoꝝ. ut patet ex predictis. & ideo dicunt aliqui q referrur ad tempus in quo sennacherib post retractationem regū ethiopie & egypti ꝓtra quos iuerat. ut ꝓ ꝑdictis: post duos annos rediit ad obsidendū irlm. & nocte illius diei q posuerat obsidionem. facta est ista plaga sup eius exercitū. sed hoc non ꝓsonat littere precedenti. vbi dicit: Nec circūdabit eā munitio. i. obsidio & ideo dicit Ra. Sa. q ista plaga facta est cū adhuc exercitus eius distaret a irlm. & dic q erat in nocte: q non est multū longe a irlm. & idem videtur ꝑ illud qđ habet Isa. x. Adhuc dies est ut in nobstet. & scias q ille locus quē Ra. Sa. vocat nobe. dñ nob Isa. x. 3 Venit angel⁹ dñi exercituū ei⁹ iusticie. a Et percussit i castris assyriorū &c. Ꝉ. cās robustos bellatores & principales exercitus: ut habet. ij. Parali. ca. xxxij. Cūq; diluculo surrexisset. s. sennacherib ut iret ad obsidendū irlm. b Vidit omnia corꝑa mortuorū. dicunt hebrei q corꝑa fuerunt incinerata sub armis ac vestibus intactis ita q ꝑs ezechie potuit spolia de facili colligere. & sine cadauerum fetoꝛe. & in hoc satis cōcordant verba Isa. ix. ca. & xxx. c Et reuersus est sennacherib. cum paucis qui remanserant cōfusibiliter & ignominiose. d Cūq; adoraret in tēplo &c. filij eius percusserūt eū. dicunt aliqui q hoc fuit eo q ordinauerat asaraddon regnaturū post se istis duobus postpositis. & sic desiderio regnādi interfecerūt eum. sed huic non videt cōsonare quod subdit: e Fugeruntq; in terrā armenioꝝ. & ideo non videt q interfecerunt eum cupiditate regnandi post eum. Et ideo Ra. Sa. aliam causam assignat dicens: q principes regni sui erāt turbati ꝓtra eum. eo q filij eorum & amici erant mortui modo predicto ꝓpter eius superbiam & blasphemiā cōtra deum israel: ꝓpter qđ tractabāt de morte ipsius. qđ cum ad eius aures peruenisset intrauit templū dei sui. orans & promittens q si hoc periculū euaderet in eius honorem. duos filios suos predictos sacrificaret: qđ filij intelligentes eum interfecerunt ne ab eo interficerent. & hoc dictū satis cōcordat littere in qua dicit: Cūq; adoraret in templo &c. filij eius interfecerunt eum. f Cap. xx.

In diebus illis. Hic ꝓsequenter describit egrecbie mirabilis sanatio. & primo huiusmodi sanatio describit. secundo ex hoc surgens elatio reprimitur. ibi: In illo tpe. Circa primū premittit mortis imminentis denunciatio. secundo eiusdem dilatio. ibi: Qui cōuertit. tertio mirabilis

311
302.

sanatio sibi: Dixitq; ysaias. Circa primū dicit: In dieb⁹ illis egrotauit ezechias vsq; ad mortem. quia per viam nature nō poterat euadere. dicunt autem aliqui q; hec infirmitas contigit ezechie eo q; non reddiderat gratias deo sufficienter de percussione exercitus sennacherib. sed hoc dictum improbat Ra. Sa. q; hoc q; ysaias dixit sibi postea: Et de manu regis assyriorum liberabo te et ciuitatem hanc. Et quo patz q; percussio exercit⁹ sennacherib fuit post infirmitatem ezechie et non ante Dicit igit q; hoc ei accidit eo q; noluerat accipere vxorem: qō tamen facere tenebatur ut linea dauid in regno per ipsum cōtinuaretur; ꝓpter quod conualescēs accepit vxorem de q; genuit manasses. Et huic dicto videtur concordare littera sequentis capituli. vbi dicit q; manasses erat xij. annorum cum regnare cepisset mortuo patre qui vixit. xv. annis post suam sanationem. ut in littera habet. Potuit etiam esse alia causa infirmitatis ezechie. ut p eius sanationē mirabilem deus glorificaret. sicut de ceco nato dicit Joh. ix. a Precipe domui tue. i. ordina testamentū tuum. b Morieris eni tu &c. reuelatio enim ꝓphetica aliqū fit ſm dispositionem causarum inferiorum. et nō ſm q; est in mente diuina. et sic fuit in ꝓposito quia talis erat infirmitas ezechie q; via naturali mortē non poterat euadere. et sic intelligitur denunciatio ꝓphete. Morieris &c. ꝑ hoc tamen non excluſit ꝓpheta quin ex dei gratia sanari posset; ꝓpter quod ezechias conuertit se ad orandū dominū ꝓ sua sanatione. quod non fecisset si ꝓpheta sibi mortem denunciasset ſm ordinem voluntatis diuine. c Qui conuertit. Hic consequenter describitur mortis prenunciate dilatio per orationem ezechie. cum dicit: Qui conuertit faciem suam ad parietem. ut oraret secretius et deuotius et non impediretur ab assistentibus. d Memento quō ambulauerim in ueritate. nō dicit hoc q; iactantiā sed magis ad gratiarum actionem. recognoscens q; hoc fecisset ex voluntate diuina. ut sic gratus de precedentibus vlteriorem gratiam impetraret. e Et antequ egrede. ysaias me. par. atrij. i. curie domus regie. f Audiui orationem tuam. eam acceptando. g Vidi lachrymam. i. lachrymas. sicut dicitur Exo. viij. Venit musca grauissima &c. i. multitudo &c. sic in ꝓposito q; ezechias fleuit fletu magno. ut dicit in hrā. h Die tercio ascendes templū dñi. sanat⁹. dic Ra. Sa. q; illa dies fuit in qua exercit⁹ sennacherib fuit percussus. et sic ezechias ascendit in templum ad reddendum gratias de sua sanatione. et de liberatione populi sui de manu sennacherib. i Et addam diebus tuis. xv. annos. istud denūciauit ꝓpheta ſm ordinem cause prime: videlz ꝓut erat ordinatum in diuina mente. et illud quod sic reuelatur et denunciatur immutabiliter implet. k Et ꝓtegam vrbem istam ꝓpter me. i. ꝓpter gloriam nominis mei qō sennacherib blasphemauit. l Et ꝓpter dauid seruum meum. i. ꝓpter merita eius principaliter: et non alioz in regno sibi succedentium. m Dixitq; ysaias. Hic ꝓsequenter ponitur ezechie mirabilis sanatio. cum dicitur: n Afferte massam ficorum. Dicunt enim aliqui q; ficus et alia dulcia aggrauant infirmitatem illam quam habebat ezechias. ut sic fieret mirabilior sanatio per appositionem illius quod natū erat aggrauare. o Quod erit signum &c. hoc non petiuit ex incredulitate uel diffidentia: sed magis ex confidentia diuina. et ut magis appareret eius gloria multiplicando mirabilia. p Vis ut ascendat vmbra. i. procedat vltra. et sic habetur in hebreo. Ex quo etiam patet q; illud horologium erat ad solem ad cognoscendum horas dici q; ei⁹ vmbra. Et dicunt aliq; q; due linee faciebant vnā horā. et ſm hoc illa dies artificialis fuit augmentata decem horis. Alij vo dicunt q; quelibet linea faciebat vnam horā. et sic illa dies fuit augmentata. xx. horis. x. retrocedendo ad orientem. et. x. redeundo ad locum priſtinum. et sic illa dies artificialis fuit. xxxij. horaꝝ. quia ante habebat. x. horas. et postea duas habuit sole tendente ad occasum. et hoc videt opinio Dionysij in epla ad Policarpū. vbi loquēs de ista retrocessiōe solis dicit sic: Sol cū decima hora esset deo ꝑcipiente repedauit ad orientem. alijs. x. horis designatis deinde rursus decem horis alijs ad occidentem currente sole. sed et residuis diei duabus horis &c. Sequitur figura ſm primam opinionem in qua due linee faciunt vnā horam.

mortem: et venit ad eum ysaias filius amos prophetes. dixitq; ei: Hec dicit dominꝰ deus: ꝓcipe domui tue. Morieris enim tu et non viues. Qui conuertit faciem suā ad parietem: et oravit dominū dicens: Obsecro domine: memento quomodo ambulauerim coram te in veritate et in corde perfecto: et quod placitum est coram te fecerim. Fleuit itaq; ezechias fletu magno. Et antequ egrederetur ysaias mediam partē atrij: factus est sermo domini ad eum dicens: Reuertere et dic ezechie duci populi mei: Hec dicit dominus deus dauid patris tui: Audiui orationem tuam: vidi lachrymam tuam: et ecce sanaui te. Die tertio ascendes templum domini: et addam diebus tuis quindecim annos. Sed et de manu regis assyrio/rū liberabo te et ciuitatē hanc: et protegam vrbem istam ꝓter me: et ꝓpter dauid seruū meum. Dixitq; ysaias: Afferte massam ficorum. Quā cum attulissent et posuissēt sup vlcus eius: curatus est. Dixerat autē ezechias ad ysaiam: Quod erit signum quia dominus me sanabit: et quia ascensurus sum die tertia templū domini: Cui ait ysaias: Hoc erit signum a domino: q; facturus sit dominꝰ sermonē quē locut⁹ est. Vis ut

Vtrum autem ista dies sub ezechia fuerit maior q; illa que ꝓlongata fuerit tempore iosue. dictum fuit Josue. x. Figura ſm secundam opinionem in qua quelibet linea facit vnam horam.

Notandum q̄ iste due figure facte sunt p̄m vnam viam quam posuit Josue. x. scilz q̄ dies plongata sub ecechia fuerat in solstitio hyemali: ⁊ sic breuior die prolongata sub iosue. a In tempore illo. Hic consequenter reprimitur insurgēs elatio. ⁊ primo ipsa elatio describitur. ⁊ secundo reprimit. ibi: Venit autem isaias. Circa primū sciendum q̄ babylonij erant intenti circa cursus siderum. vñ ⁊ astronomia p̄mo fuit inuenta in chaldea scōm aliquos: cuius metropolis est ciuitas babylon ⁊ ideo quando p̄cepe-runt retrocessionem solis p̄dictam ꝫ cursum nāe: fuerūt solliciti q̄rere qualiter hoc accide-rat. ⁊ cum audissent q̄ hoc fuerat in sanatione ecechie. de cōsilio sapiētum rex babylonis: b Misit ad ecechiam mu-nera. in signum reuerentie: c Et litteras. ad sciendū de illa retro-cessione solis mirabili. ⁊ hoc est quod dicitur. ij. Paral'. xxxij. q̄ nuncij regis babylonis missi fu-erant ad eum ut interro-garent de portento quod acciderat super terram. d Letatus est autem in aduentu eorū ecechias. leticia inepta p̄ce-dente ex elatione. eo q̄ tantus rex ⁊ de tam lon-ginqua terra misisset ad eum nuncios ⁊ mune-ra. e Et ostendit eis do-mū aromatum ⁊ aurū ⁊c. dicit Ra. Sa. q̄ nō solum ostendit eis ea q̄ erant in thesauris suis ⁊ i domo sua. sed etiam ea que secretissime ⁊ re-uerentissime seruaban-tur in templo. s. vnctio-nem regum ⁊ pontificū. ⁊ tabulas testimonij ⁊ legem. que nullo modo erant gentilibus osten-denda. ⁊ hoc notatur cū dicitur: Et in omni po-testate sua. sequitur: f Venit autē isaias. Hic consequenter describit predicte elatiōis ⁊ trās-gressionis reprehensio. cum dicit: g Quid dixerunt viri isti ⁊c. nō quesiuit hoc ex ignoran-tia quia totum erat sibi a deo reuelatum. sed ut ex responsiōe ecechie cō-uenientius argueret eū. h De terra longinqua venerunt ad me. quasi diceret. hoc fuit mihi ad magnam gloriam. ⁊ ideo ostendi eis regni mei magnificentiam. i Ecce dies ve-nient ⁊ auferentur omnia que sunt in domo tua ⁊c. istud fuit com-pletum q̄n nabuchodonosor oia preciosa transtulit de hierusalem in babylonem, ut habetur infra. xxv. k Sed ⁊ de filijs tuis ⁊c.

ascendat vmbra decem lineis: aut ut reuertatur totidem gra-dibus? Et ait ecechias: Facile est vmbram crescere decem li-neis. Nec hoc volo ut fiat: sed ut reuertatur retrorsum decem gradibus. Jnuocauit itaq̄ isa-ias prophetā dominū: ⁊ redu-xit vmbram per lineas quibus iam descenderat in horologio achaz retrorsum decem gradi-bus. In tempore illo misit merodach baladan filius baladā rex babyloniorum litteras: ⁊ munera ad ecechiam. Audierat enim q̄ egrotasset ecechias. Letatus est autem in aduen-tu eorum ecechias: ⁊ ostendit eis domū aromatum ⁊ aurum ⁊ argentum: ⁊ pigmenta va-ria: vnguenta quoq̄ ⁊ domū vasorum suorum ⁊ omnia que habere poterat in thesaurīs suis Non fuit quod non ostenderet eis ecechias in domo sua ⁊ in potestate sua. Venit autem isaias ꝓpheta ad regem ecechi-am. dixitq̄ ei: Quid dixerunt viri isti: aut vnde venerunt ad te? Cui ait ecechias: De terra longinqua venerunt ad me. de babylone. At ille rūdit: Quid viderunt in domo tua? Ait ecechias: Omnia quecūq̄ sunt in domo mea viderunt. Nihil enī est quod nō monstrauerim eis in thesaurīs meis. Dixit itaq̄ isaias ecechie. Audi sermonem domini: Ecce dies venient: ⁊ auferentur omnia que sunt in domo tua: ⁊ que condiderunt patres tui vsq̄ in diem hanc in babylonem. Non remanebit quicq̄ ait dominus. Sed de filijs tuis qui egredientur ex te quos generabis tollentur: ⁊ erunt eunuchi in palatio regis babylonis. Dixit ecechias ad isaiam: Bonus sermo domini quem locutus es: Sit tm̄ pax ⁊ veritas in diebus meis. Reli-qua autem sermonum ecechie ⁊ omnis fortitudo ei⁹: ⁊ quo-modo fecerit piscinā ⁊ aqueduc-tum ⁊ introduxerit aquas in ciuitatem: nonne hec scripta sunt in libro sermonū dierum regum iuda? XXI

Omminitq̄ ecechias cum patribus suis: ⁊ regnauit manasses fi-lius eius pro eo. Duodecim an-norum erat manasses cum re-gnare cepisset: ⁊ quinquaginta quinq̄ ānis regnauit in hieru-salē. Nomen matris eius aph-siba. Fecitq̄ malum in conspe-ctu domini: iuxta idola gentiū quas deleuit dominus a facie filiorum israel. Conuersusq̄ est ⁊ edificauit excelsa que dissipa-uerat ecechias pater ei⁹: ⁊ ere-xit aras baal ⁊ fecit lucos sicut fecerat achab rex israel: ⁊ ado-rauit omnem militiam celi: ⁊ coluit eā. Extruxitq̄ aras in domo domini de qua dixit do-minus: in hierusalem ponam nomen meū: ⁊ extruxit altaria vniuerse militie celi: in duobus atrijs templi domini. Et tra-duxit filium suum per ignem: ⁊ ariolatus est ⁊ obseruauit auguria ⁊ fecit phitones: ⁊ aruspices multiplicauit ut face-ret malū coram domino ⁊ irri-taret eum. Posuitq̄ idolū luci quem fecerat in templo domini super quo locutus est dominus ad dauid: ⁊ ad salomonem fi-lium eius. Jn templo hoc ⁊ in hierusalem quam elegi de cun-ctis tribubus israel ponam no-men meum in sempiternum: ⁊

istud fuit impletū in daniele ⁊ sociis suis q̄ fuerūt de semine regis inde educti in babylonem ⁊ nutriti ⁊ eruditi ut possent stare in palatio regis babylonis. ut habetur Dañ. j. l Dixit ecechias ad isaiam: bonus est sermo dñi. penituit enim ⁊ sic acceptauit domini sententiam sup̄a se ⁊ regnum suum. ꝓter quod ⁊ pena ista non fuit inducta tp̄ib⁹ suis sed fuit di-lata vsq̄ ad temp⁹ ioachim ⁊ sede-chie. q̄ cū sibi di-ctū fuisset q̄ isaiā dixit: Sit tm̄ pax ⁊ veritas in dieb⁹ meis. sequitur: m Et quomodo fecerit piscinam ⁊ aque ductum ⁊c. de hoc habetur ple-nius. ij. Paral. xxxij. vbi dicit q̄ hoc fe-cit ecechias ut re-ges assyriorum ve-nientes cōtra hie-rusalem paterent de se cum aque in obsidione si ve-nirent ad obsidendū eā. n Cap. xxj. Omminitq̄ ecechias. Hic p̄ostēditur quid fa-ctū sit ib̄ manasse rege iuda. cui⁹ p̄ri-mo describitur cō-uersatio infidelis. secundo contra eū cōminatio prophe-talis. ibi: Locu-tusq̄ est dominus. tertio cōminanti-um occisio crude-lis. ibi: Jnsuper ⁊ sanguinem. quar-to mors manasse ⁊ substitutio cōsi-milis. ibi: Reli-qua autem sermo-nū manasse. Circa p̄mū dicit: o Fecitq̄ ma-lum in conspectu domini. declinans ad omnem modū idolatrandi. ut cō-sequenter ponitur in littera. p Et adorauit om̄em militiam celi. so-lem lunam iouem ⁊ alios planetas. q Extruxitq̄ aras in domo do-mini. q̄ fuit ma-gnus contemptus s. exercere idola-triam loco cult⁹ diuini. r Et tradux̄it filiū suū p ignem. modus hui⁹ traductionis expositus est ō. xvj. ca. de achaz. s Et ariolat⁹ est. i. exercuit diuinationē q̄ fit in aris. sup̄ q̄s īmolat de mond⁹. t Et fecit phitones. q̄liter fit ꝫ itelligen-dū. dictū fuit ō. j. li⁹. xxviij. ca. v Et aruspices. hi sunt q̄

in extis animalium imolatorum demonibus diuinant. Cetera patent vsq; ibi: a Sed seducti sunt a manasse ut facerent malum ꝛc.] Ex quo patet malicia ipsius manasse extensiue: quia populum fecit errare. ꝛ intensiue ex peccatorũ grauitate. b Locutusq; est dñs. Hic consequenter ponit cõminatio, ꝙplxta lis: quia dominus volens populũ reuocare · mittebat frequenter ꝙplxtas ad arguendũ peccata preterita: ꝛ cõminandũ penas futuras. ut sic peccari pudore uel pene timore desisterent a peccatis. ꝛ patet littera vsq; ibi: c Et qui cũq; audierit tinniãt ambe aures eius. pre stupore ꝛ admiratione magnitudinis mali sup ĩrm futuri. d Et extendã super hierusalem funiculum samarie ꝛ pondus domus ꝛc. id est in eadem mensura ꝛ eodem pondere puniã regnũ iuda: in quo puniui regnũ ĩsrl. de qua punitione dictum fuit ĩ. ca. xvij. ꝛ. xviij. e Et delebo hierusalem sicut deleri solent tabule. in quibus nihil apparet de his que fuerãt ibi scripta · sic nabucardan deleuit hierusalem incendendo domũ domini: ꝛ domũ regis: ꝛ domos hierusalem per circuitum. ut habetur infra. xxv. f Et ducam crebri[a] stilum super faciẽ eius. loquitur ad similitudinẽ illius qui perfecte delet tabulas. quia pluries ducit stilum super ceram ad totum complanandum. sic rex babylonis pluries spoliauit ꝛ captiuauit populum hierusalẽ. scilz tẽpore ioachim: ꝛ tempore sedechie. ut habetur infra. xxiiij. ꝛ. xxv. ca. g Eo ꝙ fecerint malum coram me ꝛ perseuerauerũt irritantes me ꝛc. q; licz humanũ sit peccare: diabolicũ tamen ẽ in pctõ perseuerare. h Insuper ꝛ sanguinẽ innoxium. Hic cõsequenter describitur cõminantium occisio crudelis: quia manasses non solum ꝙplxtas domini ad se missos non audiuit sed etiam

vltra non faciam cõmoueri pedem israel de terra quam dedi patribus eorum: si tamen custodierint opere omnia que precepi eis: ꝛ vniuersam legẽ quã mandauit eis seruus meꝰ moyses. Illi vo non audierũt: sedⁿ seducti sunt a manasse: ut facerent malum super gentes quas contriuit] dominus a facie filiorum israel. i Locutusq;ᵇ est dominus in manu seruorum suorum ꝙphetarum dicens: Quia fecit manasses rex iuda abominationes istas pessimas super omnia que fecerũt amorrei ante eũ: ꝛ peccare fecit etiam iudam in immunditijs suis. propterea hec dicit dominus deus israꝫ: Ecce ego inducam mala super hierusalẽ ꝛ iudam: utᶜ quicũq; audierit tinniãt ambe aures eiꝰ Etᵈ extendã super hierusalem funiculum samarie ꝛ pondus domus achab: ꝛᵉ delebo hierusalem sicut deleri solent tabule. Delens vertã: ꝛᶠ ducam crebrius stilum super faciem eius. Dimittam vo reliquias hereditatis mee: ꝛ tradã eas in manus inimicorum eius: eruntq; in vastitatem ꝛ in rapinam cũctis aduersarijs suis eoᵍ ꝙ fecerint malũ coram me ꝛ perseuerauerunt irritantes me ex die qua egressi sunt patres eorum ex egypto vsq; ad hanc diem. Insuperʰ ꝛ sanguinem innoxiũ fudit manasses multum nimis donecⁱ impleretur hierusalem vsq; ad os: absq; peccatis suis quibus peccare fecit iudam ut faceret malum coram domino. Reliquaᵏ autem sermonũ manasse ꝛ vniuersa que fecit: ꝛ peccatum eius quod peccauit: nõne hec scripta sunt in libro sermonũ dierum regũ iuda? Dormiuitq; manasses cum patribꝰ suis: ꝛ sepultus est in horto domus sue: in horto oçam: ꝛ regnauit amon filius eius pro eo. Viginti duorum annorum erat amon cum regnare cepisset: duobꝰ quoq; annis regnauit in hierusalẽ. Nomen matris eius mesallemeth filia arus de ietheba. Feciteq; malum in conspectu domini sicut fecerat manasses pater eius: ꝛ ambulauit in omni via per quam ambulauerat pater eius. Seruiuitq;ˡ immunditijs quibꝰ seruierat pater eius: ꝛ adorauit eas: ꝛ dereliquit dominũ deum patrum suorum ꝛ nõ ambulauit in via domini. Tetenderuntq; ei insidias serui sui: ꝛ interfecerunt regem in domo sua. Percussit autem populꝰ terre omnes qui cõiurauerunt cõtra regem ammon. ꝛ constituerunt sibi regẽ iosiam filium eius ꝓ eo. Reliqua autem sermonũ amon que fecit: nonne hec scripta sunt in libro sermonũ dierum regum iuda? Sepelieruntq; eum in sepulchro suo in horto oçam: ꝛ regnauit iosias filius eius ꝓ eo.

Octoᵐ anno· xxii rum erat iosias cum regnare cepisset: ꝛ triginta vno anno regnauit in hierusalem. Nomen matris eius idida filia phadaia de besecbat. Feciteq; quod placitum erat coram domino: ꝛ ⁿ ambulauit per omnes vias dauid patris sui. Non declinauit ad dexteram sive ad sinistram. Anno autem octauo decimo regis iosie misit rex saphã filiũ aslia filij mesullã

ne hec scripta sunt in libro sermonũ dierum regũ iuda? Dormiuitq; manasses cum patribꝰ suis: ꝛ sepultus est in horto domus sue: in horto oçam: ꝛ regnauit amon filius eius pro eo. Viginti duorum annorum erat amon cum regnare cepisset: duobꝰ quoq; annis regnauit in hierusalẽ. Nomen matris eius mesallemeth filia arus de ietheba. Feciteq; malum in conspectu domini sicut fecerat manasses pater eius: ꝛ ambulauit in omni via per quam ambulauerat pater eius. Seruiuitq;ˡ immunditijs quibꝰ seruierat pater eius: ꝛ adorauit eas: ꝛ dereliquit dominũ deum patrum suorum ꝛ nõ ambulauit in via domini. Tetenderuntq; ei insidias serui sui: ꝛ interfecerunt regem in domo sua. Percussit autem populꝰ terre omnes qui cõiurauerunt cõtra regem ammon. ꝛ constituerunt sibi regẽ iosiam filium eius ꝓ eo. Reliqua autem sermonũ amon que fecit: nonne hec scripta sunt in libro sermonũ dierum regum iuda? Sepelieruntq; eum in sepulchro suo in horto oçam: ꝛ regnauit iosias filius eius ꝓ eo.

Octoᵐ anno· xxii rum erat iosias cum regnare cepisset: ꝛ triginta vno anno regnauit in hierusalem. Nomen matris eius idida filia phadaia de besecbat. Feciteq; quod placitum erat coram domino: ꝛ ⁿ ambulauit per omnes vias dauid patris sui. Non declinauit ad dexteram sive ad sinistram. Anno autem octauo decimo regis iosie misit rex saphã filiũ aslia filij mesullã

crudeliter occidit ꝛ in magna multitudine. ad quod designandum subditur: i Donec impleret hierusalem vsq; ad os. id est ꝙtum potuit facere: sicut vas dicitur plenum vsq; ad os. quãdo non potest vltra capere. inter istos occisos fuit isaias ꝙphta qui dicitur fuisse auunculus ipsius manasse ex parte matris. ꝛ ꝓter hoc ꝙ erat nobilis genere non fuit ausus eum ita de facili interficere sicut alios: sed quesiuit occasionem de lege. ut habetur in quodam libro hebraico qui dicit iebamoth dicens: tu dixisti Vidi dominũ sedentem super solium excelsum ꝛc. ut habetur Isa. vj. ꝛ ideo tu dicis contra moysen ꝛ contra dominũ dicentem moysi: Non videbit me homo ꝛ viuet. Exo. xxxiij. ꝛ sic iudicauit eum ad mortem. ꝛ cũ ꝓpheta oraret dominũ: aperuit quãdam cedrum ꝛ ibi inclusit ꝙphtam. manasses autem viso miraculo nõ fuit retractus a crudelitate. sed cum cedro fecit eum secari cũ serra ferrea. Expositores autem nostri dicunt cõmuniter ꝙ fuit serratus serra lignea ad diuturniorem afflictionem. ꝛ cum ꝓpheta peteret aquam sibi dari: ꝛ negaretur: dominus de excelso misit aquam in os eius. ꝛ in de locus ille iuxta quem serrabatur dictus est siloe. quod sigt missionẽ. tamen in fine iste manasses penituit. ut habetur. ij. Paral. vltimo. ca. k Reliqua aũt. Hic consequenter describitur mors ipsius manasse. ꝛ filij eius substitutio: scilz ămon qui fuit imitator paterne malitie. ut dicitur in littera. ꝛ patet vsq; ibi: l Seruiuitq; immunditijs. id est idolis que vocãtur immunditie apud hebreos. propter quod ignominiose mortuus est ꝛ a seruis suis interfectus in domo sua.

Om Cap. xxij. Octo annorum Hic consequenter describitur quid factum sit sub iosia rege. ꝛ primo ostenditur qualiter sancte vixit. secundo qualiter subiectos sibi ad hoc intentionem templi. secundo ex formidatione diuini iudicij. ibi: Narrauit quoq;. tertio ex deuota requisitione diuini consilij. ibi: Et precepit. Circa primũ dicitur: n Et ambulauit ꝙ omnes vias dauid. s. ꝙtũ ad bonũ nõ ꝙtũ ad malũ, utpote in facto vie et bei ꝛ ꝓfectꝰ.

a Ut conflet̃ pecunia que illata est in templum ꝛc̃. ianitores templi a populo offerente eam ex deuotione ꝓ habendis necessarijs in templo. b Deturq; fabris. dicuntur autem fabri generaliter artifices non solum in ferro ꝛ alijs metallis: sed etiam in lapidibus ꝛ lignis. c Ad instauranda. id est reparanda. d Sarta tecta. id est tecta que defendunt parietes a pluuijs ꝛ intemperie aeris ne corrumpantur. ꝛ dicuntur a sartio sartis. ꝛ tectum tecti. e Tignarijs. i. carpentarijs qui faciunt tigna. f Et cementarijs. qui cõponunt lapides in muro ꝛ liniunt parietes. g Non supputetur eis argentum. id est nõ exigatur ab eis ratio: sed eorum fidelitati cõmittatur. h Librum legis repperi in domo domini. dicit Ra. Sa. q̃ cum achaz ꝛ̃eret libros legis domini ad cõburendum. iste fuit absconditus in muro templi. ꝛ sic cum reparaꝛent̃ muri fuit inuentus. i Conflauerunt serui tui pecuniam. i. expenderũt eam in reparatione templi ut iussisti. k Narrauit quoq;. hic consequenter ostenditur sanctitas iosie ex formidine diuini iudicij. quia cum audiret legi cor̃ se maledictiones scriptas in Deut̃. sup trãsgressores legis. ꝛ sciret patrẽ suũ ꝛ plures alios cum ꝓpo fuisse transgressos legẽ multipliciter: l Scidit vestimenta sua. in signum tristicie ꝓpter offensas preteritas ꝛ pr̃nas futuras. ꝛ patet littera. m Et precepit Hic consequenter ostenditur sanctitas iosie ex requisitione diuini consilij. cum dicitur: Ite ꝛ consulite dominũ. ꝛ sequitur postea: n Jerunt itaq; helchias sacerdos ꝛc̃. ¶ Queritur hic quare non iuerũt ad hieremiam ꝓphetã qui tunc erat. ut patet hieremie. j. Ad quod dicũt expositores nostri cõmuniter q̃ hoc fuit. quia adhuc erat nimis iuuenis nec habebatur in auctoritate. sed hoc non videtur verum. quia Hieremias cepit ꝓphetare. xiij. anno regni iosie. ut habetur hieremie. j. ꝛ iosias precepit reparari templum. xviij. anno regni sui. ꝛ tunc fuit iste liber repertus. ex quo patet q̃ hieremias iam p quinq; ꝓpter quod Ra. Sa. aliter respondet fm duas opiniones hebreorum. Una est q̃ iosias querebat consilium pietatis ꝛ misericordie diuine. ꝛ ideo iuerunt ad mulierem prophetẽ. quia mulieres magis solent esse misericordes q̃ viri. Alia est q̃ hieremias iuerat ad cõmonendum vxorem tribus vero ne obliuiscerentur dominũ in terra captiuitatis eorum. uel illos qui remanserunt. quia non fuerũt ita generaliter captiuati per salmanasar quin remanserint aliqui qui fugiendo se absconderãt: sicut monuit scripto illos qui postea fuerunt transmigrati in babylonem. ut habet̃ Hieremie. xxix. o Que habitabat in hierusalem in secunda. s. mansione. q̃ hierusalẽ erat clausa triplici muro. sicut dictum fuit supra. iij. libro. ca. iij. ꝛ sic erant ibi tres habitationes. ꝛ in secunda manebant ꝓphete ꝛ nobiles. ut dictum fuit ibidem. Cetera patent vsq; ibi: p Et succendet̃ indignatio mea in loco hoc ꝛ non extinguetur. i. pena a me diffinita nõ retractabit̃. ꝛ ad litterã ciuitas hierusalem fuit succensa per chaldeos ut habetur infra xxv. ca. q Fierent in stuporem. ꝓpter nimiam destructionem. r Et in maledictum id est in exemplum maledictionis. ita q̃ quando aliquis maledicet alicui dicet: sic fiet tibi sicut habitatoribꝰ hierusalem. s Et colligeris ad sepulchrum tuum in pace. Sed contra hoc videtur. q̃ iosias fuit vulneratus cum iret cõtra regem egypti ꝛ mortuus. ut habetur ca. sequenti. dicendum q̃ ista collectio pacifica intelligitur q̃tum ad hoc q̃ destructio ciuitatis ꝛ tẽpli non accideret in diebus suis. ꝛ hoc notatur cum dicitur: t Ut non videant oculi tui omnia mala q̃ ꝛc̃. sapientes enim reputauerũt malꝰ malum videre destructionem siue religionis ꝛ populi q̃ mori. vñ dicitur. j. Machab. iij. Melius est nobis mori in prelio q̃ videre mala gentis nostre ꝛ sanctorum. Dicit etiã Josephus libro de iudaico bello q̃ titus q̃uis esset gentilis in destructiõe hierusalem. cum templum arderet ꝛ sacerdotes fatigati ex siti ꝛ labore ꝓpter incendium ꝓpinquum se redderẽt ei: petentes sibi vitam donari: iussit eos occidi: dicens eos esse degeneris animi qui templo ꝛ numini cuperent superuiuere Potest etiã aliter exponi: Colligeris ꝛc̃. scilz ad patres sanctos in lymbo qui sunt in pace eo q̃ sunt securi de sua futura beatitudine. Josias enim ut patet ex predictis fuit sanctus:

scribam templi domini: dicens ei: Vade ad helchiam sacerdotem magnum ut [a] confletur pecunia que illata est in templum domini: quam collegerunt ianitores templi a populo: deturq; [b] fabris per prepositos dom̃ domini. Qui ꝛ distribuant eam bis qui operãtur in templo domini ad [c] instauranda sartate[d] templi: tignarijs [e] videlz ꝛ [f] cementarijs: ꝛ bis qui interrupta cõponunt. ꝛ ut emantur ligna ꝛ lapides de lapicidinis ad instaurandum templum domini. Verũtamen non [g] supputet̃ eis argentum quod accipiunt sed in potestate habrant ꝛ in fide. Dixit autem helchias pontifex ad saphan scribã. Librum [h] legis repperi in domo domini. Deditq; helchias volumen saphan scribe: qui ꝛ legit illud. Venit quoq; saphan scriba ad regem. ꝛ renunciauit ei quod preceperat. ꝛ ait: Conflauerunt [i] serui tui pecuniam que reperta est in domo domini: ꝛ dederunt ut distribueretur fabris ac prefectis operum templi domini. Narrauit [k] quoq; saphan scriba regi dicens: Librũ dedit mihi helchias sacerdos. Quem cum legisset saphan coram rege: ꝛ audisset rex verba libri legis domini: scidit [l] vestimenta sua: ꝛ [m] precepit helchie sacerdoti. ꝛ abichan filio saphan ꝛ achobor filio micha ꝛ saphan scribe ꝛ asaie seruo regis dicens: Jte ꝛ consulite dominũ super me ꝛ super populo ꝛ super omni iuda: de verbis voluminis istius quod inuentum est. Magna enim ira domini succensa est contra nos: quia non audierunt patres nostri verba libri hui[s] ut facerent omne qd̃ scriptũ est nobis. Jerunt [n] itaq; helchias sacerdos ꝛ abichan ꝛ achobor ꝛ saphan ꝛ asaia ad oldam prophetem ¶ vxorem sellum filij thecue filij aras custodis vestium: que [o] habitabat in in hierusalem in secunda: locutiq; sunt ad eã. Et illa respondit eis: Hec dicit dominus deus israel: Dicite viro qui misit vos ad me: Hec dicit domin[s]: Ecce ego adducam mala sup locum istum: ꝛ sup habitatores eius: omnia verba legis que legit rex iuda: quia dereliquerunt me: ꝛ sacrificauerunt dijs alienis irritantes me in cunctis operibus manuum suarum. Et [p] succendetur indignatio mea in loco hoc: ꝛ non extinguetur. Regi autem iuda qui misit vos ut consuleretis dominũ: sic dicet̃: Hec dicit dominus deus israel: Pro eo q̃ audisti verba voluminis ꝛ perterritum est cor tuum: ꝛ humiliatus es coram domino: audito sermonibus contra locum istũ ꝛ habitatores eius: q̃ videlz fierent [q] in stuporem ꝛ [r] in maledictum: ꝛ scidisti vestimẽta tua: ꝛ fleuisti coram me: ꝛ ego audiui ait dominus: idcirco colligam te ad patres tuos: ꝛ [s] colligeris ad sepulchrum tuum in pace: ut [t] non videant oculi tui oĩa mala q̃ inducturꝰ

313
305

ꝛ ideo pciosa in cõspectu dñi fuit mors ipsi⁹. sm q dicit ps. cxv. Pciosa in conspectu dñi mors sanctorum eius.

ET renunciauerunt regi ꝛc. a Cap. xxiij. Ostenso qualiter iosias sancte vixit. hic consequenter ostenditur quomodo studiose ad hoc populũ induxit. Circa quod ꝓmo describitur ei⁹ operatio laudabilis. secundo occisio lamentabilis. ibi: In dieb⁹ eius. tertio substitutio prolis dissimilis. ibi: Tulitq; populus terre. primũ ostenditur ex tribus. scilz ex federi cum deo renouatione. secũdo ex idolatrie destructione. ibi: Et precepit rex. tertio ex phase celebratione. ibi: Reuersusq; est hierusalem. Circa primũ dicitur: Et renunciauerunt regi. s. verba ꝓphetie.

b Qui misit ꝛ cõgregati sunt ad eum ꝛc. ut conferaret populum dño. vñ subditur:

c Legitq; cunctis audientibus omnia verba libri federis dñi. ut intelligerent legis precepta ꝛ dona promissa acceptantibus ꝛ mala cõminata transgressoribus.

d Stetitq; rex super gradum. quem fecerat salomon. ut habetur. ij. Paral. ca. vj.

e Et fedus percussit coꝝ dño. promittendo sub iuramento ꝑ se ꝛ populo seruare mandata dñi.

f Acq̃euitq; ꝑ⁹ pacto. iuramentum illud super se recipiẽdo.

g Et precepit rex. hic cõsequenter describitur idolatrie destructio. ꝛ primo in templo dñi quod erat deputatum diuino cultui. sed reges idolatre introduxerant ibi cultum idolatrie. ꝛ hoc est quod dicitur: Et precepit rex helchie pontifici. i. summo sacerdoti.

b Et sacerdotibus secundi ordinis. qui sub summo sacerdote ministrabant per ebdomadas successiue. Dauid enim volens ampliare cultum diuinũ instituit. xxiiij. sacerdotes sub summo sacerdote per ebdomadas ministrantes. ut habetur. j. Paral. xxiiij.

i Et ꝓcerent de templo dñi omnia vasa que facta fuerant baal. i. ad cultum ipsius.

k Et in luco. qui plantatus erat in atrijs domus dñi ut ibidem colererur baal.

l Et vniuerse militie celi. i. vasa facta ad cultum planetarum ꝛ xij. signorum que sunt in ẽdiaco ꝛ aliarum constellationũ notabilium.

m Et tulit puluerem eorum in bethel. qui erat locus reputatus idolatrie ꝑ hieroboã.

sum super locũ istum. XXIII

ET ª renũciauerũt regi qð dixerat: Qui ᵇ misit: ꝛ congregati sunt ad eum omnes senes iuda ꝛ hierusalem. Ascenditq; rex templum dñi: ꝛ omnes viri iuda vniuersiq; qui habitabant in hierusalem cum eo: sacerdotes ꝛ prophete ꝛ omnis populus a paruo vsq; ad magnum: legitq; ᶜ cunctis audientibus omnia verba libri federis qui inuentus est in domo dñi. Stetitq; ᵈ rex super gradum ꝛ ᵉ fedus percussit coram dño: ut ambularent post dñm ꝛ custodirent precepta eius ꝛ testimonia ꝛ cerimonias in omni corde ꝛ in tota anima: ꝛ suscitarent verba federis hui⁹ que scripta erant in libro illo. Acquieuitq; ᶠ populus pacto. Et ᵍ precepit rex helchie pontifici ꝛ ʰ sacerdotibus secũdi ordinis ꝛ ianitoribus ut ⁱ proȝcerẽt de templo domini omnia vasa que facta fuerãt baal ꝛ ᵏ in luco ꝛ ˡ vniuerse militie celi: ꝛ combussit ea foris hierusalem in conualle cedron: ꝛ ᵐ tulit puluerem eorũ in bethel. Et ⁿ deleuit aruspices quos posuerant reges iuda ad sacrificandum in excelsis per ciuitates iuda ꝛ in circuitu hierusalẽ: ꝛ ᵒ eos q̃ adolebãt incẽsũ] baal ꝛ soli ꝛ lune ꝛ duodecim signis: ꝛ omni militie celi. Et ᵖ efferri fecit lucum de domo dñi foras hierusalem in cõualle cedron ꝛ combussit eum ibi ꝛ redegit in puluerem: ꝛ ᵠ proiecit sup sepulchra vulgi. Destruxit ʳ quoq; ediculas effeminatorũ que erãt in domo domini: pro ˢ quibus mulieres texebant quasi domunculas luci.] Cõgregauitq; omnes sacerdotes de ciuitatibus iuda. ꝛ ᵗ contaminauit excelsa vbi sacrificabant sacerdotes: de ᵘ gabaa vsq; bersabee. Et ˣ destruxit aras portarum in introitu ostij iosue principis ciuitatis quod erat ad sinistrã porte ciuitat. Verũtamen ʸ nõ ascendebant sacerdotes excelsorũ ad altare domini in hierusalẽ: sed tm̃ comedebant azima in medio fratrum suorum. Contaminauit ᶻ quoq; tophet quod est in cõualle filij ennon: ut nemo consecraret filium suum aut filiam per ignem moloch. Abstulit ᵃ̃ q̃q; equos quos dederãt reges iude soli in introitu templi domini iuxta exedram nathanmelech eunuchi: q̃ erat in pharurim. currus autem solis combussit igni. Altaria quoq; que erant super tecta cenaculi achaz que fecerant reges iuda: ꝛ altaria que fecerat manasses in duobus atrijs templi domini destruxit rex: ꝛ cucurrit inde ꝛ ᵇ disperſit cinerem eorum in torrentem cedron. Excelsa quoq; que erant in hierusalem ad ᶜ dexterã partẽ montis offensionis

n Et deleuit aruspices. qui in extis animalium imolatorum idolis diuinabant.

o Et eos qui ꝛc.] quia non solum idola sed ꝛ cultores destruxit.

p Et efferri fecit lucum. i. eradicari ne aliquid remaneret.

q Et proiecit super sepulchra vulgi. qui coluit idola.

r Destruxit quoq; ediculas effeminatorũ. i. paruas edes in quibus habitabãt sacerdotes idoloꝝ q̃ erãt castrati. ideo nominant hic effeminati. vñ hebrei dicũt b: Ediculas monachoꝝ.

s Pro q̃b⁹ mulieres ꝛc] i. cortinas ad faciẽdũ ꝓstibula in luco vbi ad honorẽ idoli ꝓstituebãt se mulieres. ꝛ in tali luxuria credebãt sacerdotib⁹ eo q̃ nõ faciebãt ꝓpria cõcupiscentia moti. ꝟ magis ad honorẽ idoli. sicut dicit phs. x. ethicoꝝ. de eudoxo q̃ posuit felicitatẽ in delectationib⁹ q̃ sibi credebat eo q̃ nõ videbat amicus delectationũ.

t Et ꝑta. excel. vbi sacri. etiã dño q; hoc nõ erat licitũ p⁹ templi edificationẽ.

v De gabaa vsq; bersabee. i. de vna extremitate regni sui vsq; ad aliã.

x Et destruxit aras por. in introi. ostij iosie. In hebreo habet Josue. hic erat prefect⁹ in quadã ciuitate. ꝛ iuxta ostium dom⁹ sue erãt altaria ad imolandũ extra templũ.

y Verũtm̃ nõ ascen. sacer. ꝛc. hoc interponit ad remouendũ dubiũ: q; forsitan crederet aliquis q̃ isti sacerdotes qui imolabãt dño in excelsis: admitterent sltem ad imolãdum dño in tẽplo. q̃d tm̃ nõ fuit factũ sed ꝓmissi fuerũt ad comedendum de oblationib⁹ sicut filia sacerdotis manẽs in ei⁹ domo. ꝛ seruus emptici⁹ ꝛ vernaculus. que tm̃ ꝑsone non sunt apte ad faciendum officium sacerdotis in templo nec etiã leuite eius.

z Cõtaminauit q̃q; tophet. i. idolatriã idoli moloch que vocabat tophet. q̃ sigt tympanũ seu tympani sonitũ eo q̃ sacerdotes illi⁹ idoli ꝓcuciebant in tympanis ne parẽtes audirent clamorẽ filiorũ suorũ in manibus idoli morientiũ. sicut dictum fuit ẽ. xvj. ꝛ Leuit. xviij.

a Abstulit quoq; equos ꝛc. dicit Ra. Sa. q̃ erant equi ẽm veritatem quos dederant reges israel idolatre. ad hoc q̃ aliqui colentes solem in ortu solis cum equis ꝛ curru irent versus orientem quasi obuiantes soli ad eius reuerentiã. Expositores autem nostri dicunt cõmuniter q̃ erant equi sculpti. gentiles enim solem colentes. sculpebant imagĩnem eius cum curru ꝛ equis. ut habet in legenda quatuor coronatorum. ꝛ ad similitudinem gentilium ex quibus idolatria deriuata est ad iudeos. reges iuda fecerant talem imagĩnem in honorem solis.

b Et disperſit cinerem eoꝝ in torrentem cedron. ut non remaneret illius idolatrie memoria.

c Ad dexterã ꝑtem montis offensionis. iste est mons oliueti ꝓpe hierusalem. ꝛ vocatur

bicmons offensionis eo
q salomon offendit de-
um edificando ibi tem-
pla idolozum pro vxori-
bus suis. ut supra bate-
tur. iij. libro. ca. xj. a
Repleuitq; loca eozum
ossibus mozruozum. pr
hoc designans q erant
cõtaminata propter ido-
latriam ibidem perpetra-
tam. b Et altare qđ
erat in bethel 7 excelsum
cẽ. qđ fecerat bierobo-
am. ut batetur supra. iij.
libro. ca. xij. c Et
tulit ossa de sepulchris.
sicut predictum fuerat
per propheram domini.
ut batetur supra libro.
iij. ca. xiij. d Quis
est titulus ille. cũ essent
ibi multa sepulchra. que-
ritur quare iosias speci-
aliter quesiuit de illo. ad
quod respõdet Ra. Sa.
q vidit ex vno latere se-
pulchri herbas fetidas 7
pungentes ozas ut spi-
nas 7 vrticas 7 huius-
modi. ex alio vo latere
herbas bonas 7 suauiter
redolentes ut balsamũ
7 huiusmodi. Potest
etiam dici q falsus pro-
pheta qui fecerat se ibi
sepeliri: ut parceretur
ossibus eius propter me-
rita prophete sancti ibi-
dem sepulti. fecerat ibi
signum notabile: 7 scri-
pturam per que cogno-
scebatur q erat sepul-
chrum prophete sancti
qui de iuda venerat. 7
propter hoc iosias rex
iuda specialiter quesiuit
de illo sepulchro. e
Insuper 7 omnia pha-
na excelsozum que erant
in ciuitatibus samarie.
quia iudei decem tribu-
um qui captiuatis alijs
latuerant 7 postea habi-
tabant in ciuitatib9 illis
otrediebant iosie ad cõ-
motionem hieremie p-
phete. ut dicit Ra. Sa.
f Reuersusq; est hie-
rusalem. Hic cõsequen-
ter ostenditur deuotio
iosie ex phase solenni ce-
lebratione. vñ subditur:
g Nec enĩ factũ ẽ ta-
le phase. id est solenni-
tas pascalis tanta. b
A diebus iudicum. ij.
Paral. xxxv. dicitur: A diebus samuelis. 7 in idem redit: quia
fuit vltimus iudicum. vt batetur supra. j. libro. ca. xij. non legitur
tamen q filij israel tempore iudicum solenniter celebrauerunt pha-
se. sed tempore iosue celebrauerunt. ut batetur Josue. v. non enim
omnia scripta sunt que facta fuerunt. i Sed 7 phitones 7 ari-

que edificauerat salomon rex
israel astaroth idolo sidonio-
rum 7 chamos offensioni mo-
ab: 7 melchon abominationi
filiozum ãmon polluit rex. 7 cõ-
triuit statuas 7 succidit lucos:
repleuitq; [a] loca eozum ossibus
mozruozum. Insuper 7 [b] altare
quod erat in bethel 7 excelsum
quod fecerat hieroboam filius
nabath: qui peccare fecit israel:
7 altare illud excelsum detru-
xit atq; combussit 7 cõminuit
in puluerem: succenditq; etiam
lucum. Et conuersus iosias vi-
dit ibi sepulchra que erant in
monte: misitq; 7 [c] tulit ossa de
sepulchris: 7 combussit ea su-
per altare: 7 polluit illud iuxta
verbum domini quod locutus
est vir dei qui predixerat verba
hec. Et ait: Quis [d] est titulus
ille quem video? Responde-
runtq; ei cines vbis illi? Se-
pulchrum est hominis dei qui
venit de iuda: 7 predixit verba
hec que fecisti super altare be-
thel. Et ait: Dimittite eũ. Ne-
mo cõmoueat ossa eius. Et in-
tacta manserũt ossa illius cum
ossibus prophete qui venerat
de samaria. Insuper [e] 7 omnia
phana excelsozum que erant in
ciuitatibus samarie que fecerãt
reges israel ad irritandum do-
minum: abstulit iosias: 7 fecit
eis scõm omnia que fecerat in
bethel. Et occidit vniuersos
sacerdotes excelsozum: qui erãt
ibi super altaria: 7 combussit
ossa humana super ea. Reuer-
susq; [f] est hierusalem: 7 prece-
pit omni populo dicens: Fa-
cite phase domino deo vestro:
sm q scriptum est in libro fe-
deris huius. Nec [g] enim factum
est phase tale a diebus [h] iudi-
cum qui iudicauerunt israel: 7
omnium dierum regum israel:
7 regum iuda: sicut in octauo
decimo anno regis iosie factum
est phase istud domino i hieru-
sale. Sz [i] 7 phitones 7 ariolos
7 figuras idolozz. 7 immunditias
7 abominationes que fuerunt
in terra iuda 7 hierusalem ab-
stulit iosias: ut statueret verba
legis que scripta sunt in libro
quem inuenit helchias sacer-
dos in templo domini. Simi-
lis [k] illi nõ fuit ante eũ rex qui
reuerteret ad dominũ in omni
corde suo: 7 in tota anima sua
7 vniuersa virtute sua iuxta
omnem legem moysi: necq; post
eum surrexit similis illi. Verũ-
tamen [l] non est auersus domi-
nus ab ira furoris sui magni:
quo iratus est furor eius con-
tra iudam propter irritationes
quibus prouocauerat eum ma-
nasses. Dixit itaq; dominus.
Etiam iudam auferam a facie
mea sicut abstuli israel: 7 pro-
iciam ciuitatem hanc quã ele-
gi hierusalem 7 domũ de qua
dixi: erit nomen meum ibi.
Reliqua vo sermonum iosie 7
vniuersa que fecit: nonne hec
scripta sunt in libro verborum
dierum regum iuda? In [m] die-
bus eius ascendit pharao ne-
chao rex egypti contra regem
assyriozum ad flumen euphra-
ten. Et [n] abijt iosias rex iuda
in occursum eius: 7 [o] occisus est
in mageddo cum [p] vidisset eum.
Et portauerunt eum serui sui
mortuum de mageddo 7 pertu-
lerunt in hierusalem: 7 sepelie-
runt eum in sepulchro suo. Tu-
litq; [q] populus terre ioachaz fi-
lium iosie: 7 vnxerũt eũ: 7 cõ-
stituerunt eum regem pro pa-
tre suo. Eligintitrium anno-
rum erat ioachaz cum regna-
re cepisset. 7 tribus mensibus
regnauit i hierusalẽ. Nomen
matris eius amithal: filia hie-
remie de lobna. Et [r] fecit ma-
lum cora dõmino: iuxta omnia
que fecerant patres eius. Vin-
xitq; [s] eum pharao nechao in
reblatha: q est in terra emath:
ne regnaret in hierusalem. Et
imposuit mulctam terre centũ

olos 7 figuras 7c.
ista sunt frequen-
ter exposita supe-
rius. k Si-
milis illi non fuit
ante eum rex. licz
enim dauid in ali-
quibus fuerit de-
uotior: iste tamen
fuit innocentior:
quia talia crimina
non cõmisit sicut
dauid. l Ve-
rũtamen non est
auersus dominus.
quia sanctitas io-
sie nõ expiauit ma-
licias predecesso-
rum suorum que
fuerant nimis ma-
gne: 7 qtum ad
grauitatem crimi-
num: 7 qtum ad
diuturnitatẽ tem-
porum. m In
diebus eius. Hic
consequenter po-
nit mors iosie la-
mentabilis. cum
dicitur: n Et
abijt iosias rex iu-
da in occursũ ei?.
quia rex egypti p-
cedens ad bellum
contra regem as-
syriozum trãsiuit
per partem regni
iuda: 7 ideo iosias
a Et adhuc retinēs innocētiā.s.post p̄dictā flagellationē. in hoc aūt nō fuit a deo supza cōmendatus ipse iob. qz adhuc nō fuerat flagellatus. b Tu aūt cōmouisti me aduersus eū.non est q̄ hoc intelligendū q̄ deus ab aliquo alio moueat ad aliquid volendū de nouo; quia voluntas eius est imutabilis ⁊ eterna: sed sicut voluntate eterna ꝓduxit aliqua in tpe: ita ab eterno voluit modū ꝓducēdi: ⁊ sic sicut ipse ab eterno disposuit flagellare iob ad eius meritū: ⁊ ut q̄ hoc daret alijs patientie exēplū: sic etiā ab eterno disposuit hoc fieri per ipsū satban executionē. ⁊ post eius petitionē ⁊ ꝓptum ad hoc dicit. Tu aūt cōmouisti me.absq; hoc q̄ sit aliqua mutatio in diuina voluntate: c Vt affligerem eū frustra .ij. phylī. dicit q̄ frustra fit aliq̄d quando nō sequitur finis intentus: sicut potio medicine.q̄ non sequit sanitas. ⁊ hoc mō iob fuit afflict⁹ frustra ꝓptū ad intētionē demonis q̄ per flagellationem intendebat eū impellere ad impatientiā. ⁊ hoc modo loquit hic scriptura nō tamē fuit frustra ꝓptū ad intentionē diuinā: que erat declaratio patientie sancti iob que secuta est q̄ hanc afflictionē d Cui respōdens satban.vōlēs impetrare corporis iob flagellationē. e Pellē.p pelle.i. vitā corporalē alterius ꝓ vita sua corporali tuenda contēnet: ⁊ multo fortius bona possessa.q.d.equanimiē portauit iob mortē prolis sue ⁊ amissionē bonoz: qz adhuc remanet sibi vita ⁊ sanitas corporalis ꝓpter que seruit tibi. f Alioq̄n mitte manū tuā.dando mihi sup eū maiorē potestatē. g Et tange os eius ⁊ carnē.i. ꝓmitte a me tangi affligēdo nō tm̄ exterius sed etiā interius qō p tactū ossis sigē: b Et tunc videbis.i. videre facies alios.sicut Beñ.xxij. Nūc cognoui.i.cognoscere feci de abraham. i Nūquid considerasti seruum meum iob q̄ nō sit ei similis in terra: vir simplex ⁊ rectus ac timens deum ⁊ recedens a malo ⁊ adhuc retinens innocentiā: Tu autē cōmouisti me aduersus eū: ut affligerē eū frustra. Cui respōdēs satban ait: Pellem pro pelle: ⁊ cuncta que habet homo dabit pro anima sua Alioquin mitte manum tuam: ⁊ tange os eius ⁊ carnem: ⁊ tūc videbis q̄ in facie benedicat tibi. Dixit ergo dñs ad satban: Ecce in manu tua ē: veritamē animā illius serua. Egressus igitur satban a facie dñi: percussit iob vlcere pessimo a planta pedis vsq; ad verticē eius. Qui tenta sanies radebat: sedēs in sterquilinio. Dixit aūt illi vxor sua: Adhuc tu permanes in simplicitate tua: Benedic deo ⁊ morere. Qui ait ad illā: Quasi vna de stultis mulieribus locuta es. Si bona suscepimus de manu domini: mala quare nō sustineamus: In omnib⁹ his nō peccauit iob labijs suis. Igit audientes tres amici iob omne malū quod accidisset ei: venerūt singuli de loco suo: eliphaz themanites: ⁊ baldath suites: ⁊ sophar naamathites. Conditerant enim ut pariter venientes visitarēt eum ⁊ cōsolarent. Cumq̄ eleuassent procul oculos suos: non cognouerūt eū. Et exclamantes plorauerūt: scissisq; vestibus sparserunt pulverem super caput suū in celū Et sederunt cum eo in terra septem diebus ⁊ septem noctibus: ⁊ nemo loquebat ei verbum. Videbant enim dolorē esse vehementem.

Nunquid considerasti seruum meum iob q̄ nō sit ei similis in terra: vir simplex ⁊ rectus ac timens deum ⁊ recedens a malo ⁊ adhuc retinens innocentiā: Tu autē cōmouisti me aduersus eū: ut affligerē eū frustra. Cui respōdēs satban ait: Pellem pro pelle: ⁊ cuncta que habet homo dabit pro anima sua Alioquin mitte manum tuam: ⁊ tange os eius ⁊ carnem: ⁊ tūc videbis q̄ in facie benedicat tibi. Dixit ergo dñs ad satban: Ecce in manu tua ē: veritamē animā illius serua. Egressus igitur satban a facie dñi: percussit iob vlcere pessimo a planta pedis vsq; ad verticē eius. Qui tenta sanies radebat: sedēs in sterquilinio. Dixit aūt illi vxor sua: Adhuc tu permanes in simplicitate tua: Benedic deo ⁊ morere. Qui ait ad illā: Quasi vna de stultis mulieribus locuta es. Si bona suscepimus de manu domini: mala quare nō sustineamus: In omnib⁹ his nō peccauit iob labijs suis. Igit audientes tres amici iob omne malū quod accidisset ei: venerūt singuli de loco suo: eliphaz themanites: ⁊ baldath suites: ⁊ sophar naamathites. Conditerant enim ut pariter venientes visitarēt eum ⁊ cōsolarent. Cumq̄ eleuassent procul oculos suos: non cognouerūt eū. Et exclamantes plorauerūt: scissisq; vestibus sparserunt pulverem super caput suū in celū Et sederunt cum eo in terra septem diebus ⁊ septem noctibus: ⁊ nemo loquebat ei verbum. Videbant enim dolorē esse vehementem.

scribit afflicti ,vocatio.miserat enim satban ipsi iob vxorē suā ut q̄ eā vidisceret eū in impatientiā ⁊ blasphemiā: sicut eiecit de paradiso primū hominē p̄ suā vxorē. ⁊ hoc est q̄ dicit: Dixit aūt illi vxor sua ad hoc a diabolo instigata: s Adhuc tu permanes in simplicitate tua.i.stoliditate tua. ita q̄ hic accipit simplicitas ,pro opposito intellectus ꝓspicacitati.reputabat eni eū stolidū.eo q̄ videbat eū in maxima aduersitate positū: ⁊ adhuc benedicentē dñm: cū econuerso videret multos malos bonos ⁊ blasphemos in magna ,prosperitate tpali positos.ideo subdit: t Benedic deo. i.maledic: ut melius tibi sit temporaliē. v Et morere.q.d. ad nihilum vltra valet vita tua. ⁊ sic ꝓptū erat in se inducebat eū ad blasphemiā ⁊ desperationē. x Quasi vna de stultis mulieribus ⁊c. vir sanctus q̄uis afflictiones ,prias patienē sustinuerit: tamē iniuriā dei absq; rebensione sustinere non potuit: qz iniurie ,prie sunt tolerāde diuine aūt vindicande. y Si bona suscepimus. hic accipit si ,p quia.quia multa bona a deo receperat: ut dictum est.j. ca. z Mala quare non sustineamus.q.d.nulla est rō quin debeam⁹ patienē sustinere. iō eius ꝓfecta patiētia cōcludit cū dicit: a In oīb⁹ his nō peccauit iob ⁊c. exponat sicut supra. b Igit audiētes. Hic cōsequenē describit ipsius flagellati visitatio.cū dicit: Igit audientes tres amici iob. p publicā famā: que cito volat de talibus infortunijs magnorum. licz aūt iob plures haberet amicos; tamē isti tres erāt ꝓncipaliores c Cōditerāt enim.tanq̄ amici fideles: d Vt pariter venientes visitarēt eū.in pauptate ⁊ afflictione positū: quando amici ficti solent se elongare. e Et consolarent.ista fuit ꝓma eoz intentio: sed ,pcurante satban mutatū fuit ꝓmeditamentū: quia conuersi sunt postea ad eū increpandū ⁊ contemnendū: ut inferi⁹ patebit. f Cūq̄ eleuassent ,procul oculos suos.i.in tali distātia positi.qua aliqs pōt cogīsci. g Nō cognouerūt eū.ꝓe nimia mutatione ⁊ deformatione status sui ⁊ persone. h Et exclamātes. ꝓe dolore. i Plorauerūt.ex cōpassione. k Scissisq; vestib⁹.in signū mestitie. l Sparserūt puluerē sup caput.in signū humiliationis. m In celū.ad impetrandū remediū diuine miserationis n Et sederunt cū eo in terra.ostendētes se quasi dereictos i amici sui deiectione. o Septē diebus ⁊ septē noctibus.non q̄ essent ibi cōtinue; quia oportebat eos aliq̄n refici ⁊ quiescere; sed qz tanto tpe sederūt ibi boni.s.cōuenientibus: ⁊ istud est vnū de remedijs cōtra dolorē hominis afflicti: quādo videt sibi remansisse amicos fideles q̄ inter maiora bona hominis cōparant: ⁊ quādo videt eos sibi vere cōpati: ut habet.ij.rhetorice.qz sicut trabs pōderosa facilius portat ab homine quādo habet aliquos secū cōportantes: sic tristabile ⁊ dolorosū facilius sustinet ab homine qui videt aliqs sibi cōpatientes quasi partē dolozis sui secum portātes. p Et nemo loquebat ei verbū.cuius cā subdit: Videbāt eni dolorē esse vehementē.credebāt eni iob ita tristicia ⁊ impatientia ,pter magnitudinē miserie oppressum q̄ nō esset dispositus ad recipiendū verba eoz: iz aliter esset in re: ut patet ex p̄dictis. ⁊ ideo ꝓ suā estimationē expectabāt dozā qua passio tristicie ⁊ impatientie ipsius iob transisset saltē in gte ita q̄ vellet eoz verba recipere. Ex hoc habemus documentū q̄ homines in passione positi non sunt pro tūc corripiendi: qz nō sūt correctionis receptiui: b expectandū ē quousq; passio trāseat: ut sic correctionē melius accipiant ⁊ ei acquiescāt.

Post hec aperuit ꝛc. Postq̃ rescripta est san/ cti iob flagellatio. hic consequent ex hoc oritur disputatio.

Circa quã primo ponit propositio ipsius iob querulosa. secundo amicoꝝ eius obiectio calũniosa. iiij. ca. Circa intellectũ huj⁹ capituli varie dixerunt doctores. Sanctus Greg⁹. iiij. moral'. dic q̃ verba ipsius iob in hoc capitulo quibus maledicit p̃ncipio vite sue ꝛ ei⁹ continuationi nõ possunt ad lrãm intelligi. primo quia verba ei⁹ videntur omnino esse verba homi/nis nõ solũ impatientis: sed etiã desperãtis. oportet autem dicere q̃ iob non cecidit a virtute patientie. tum q: post vltimã flagellationem vroze sua prouocante eum ad impatientiam eam cozripuit ut vbuit. ꝛ de patientia admonuit: ut patet ca. p̃cedenti. tum quia inferius vlti. ca. dñs loquens ad eliphaz themanitẽ. dixit: Iratus est furoz meus in te ꝛ in duos amicos tuos: quoniã non estis locuti coram me rectum sicut seruus meus iob. Secundo: quia si verba sancti iob accipiant ad lrãm. continent impossibilia ꝛ irrõnabilia: dicendo. Pereat dies in qua natus sum. q̃ dies illa preterierat nec redire poterat. ꝛ ideo ei maledicere. videtur omnino irrõnabile. ꝛ q̃ subdit infra: Dies ille vertat in tenebras. erat omnino impossibile. ꝛ ideo q̃ iob sanctus ꝛ sapiens hoc intelligeret ad lrãm: non videt conueniens esse dictum: ꝓpter que ꝛ cõsimilia dicit q̃ beatus iob loquebat enigmatice seu parabolice. propter quod mystice exponitur totum istud capitulũ. Thomas autẽ de aquino his nõ obstantibus exponit ad lrãm. Ad cuius intellectũ sciendum q̃ aliquid est aliquando tristabile ꝛ odiosum ꝑm se acceptum: quod tamen est acceptabile ad finem relatum: sicut potio amara ut sic est horrida: relata tamen ad consecutionẽ sanitatis est valde accepta. vnde dicit poeta: Ut corpus redimas ferrum patieris ꝛ ignes. sensitiue vero partis non est aliquid ad finem referre ꝙ solius rõnis. ꝛ ideo si aliquis de potione amara loqueretur ꝑm dispositionẽ sensitiue partis. diceret eam esse amarã: si autem ꝑm dispositionem rõnis eam ad sanitatẽ referret. diceret eam esse bonã. Iz autẽ esse ꝛ viuere ꝑm se sit delectabile: si tamen sit subiectũ multis miserijs ꝛ tristicijs efficit tristabile ꝛ odiosũ: intantũ q̃ aliqui propter hoc se interimunt q̃uis erronee. Beatus igit iob volens simpliciter enunciare dispositionẽ sensitiue partis miserias in quibus erat abhorrescentis: maledixit principio vite sue ꝛ eius cõtinuationi: q̃uis ꝑm rõnem per virtutem patientie illas miserias acceptaret propter consecutionem premij vite future: sicut ꝛ saluator noster Matth. xxvj. dixit: Tristis est anima mea vsq̃ ad mortem. ꝛ ibidem: Transeat a me calix iste. exprimens dispositionẽ sensitiue partis passionẽ imminentẽ horrescentis: ad declarandũ in se veritatẽ humane nature passibilis: qui tamen passionẽ illam per rationẽ acceptabat. ꝛ per hoc patet ad dicta Gregorij: videlz q̃ verba iob non erant impatientis hominis ꝛ blasphemi: sicut nec verba christi erant verba hominis per tristiciam a culmine virtutis in aliquo inclinati. similiter non erant irrationabilia: ut patebit infra. Licz autem hoc sit subtiliter ꝛ gratiose dictum: tamen occurrit vnum dubium: quia amici iob cum essent sapientes ꝛ viri litterati nunq̃ contradixissent iob hoc modo loquenti: cũ scirent passiones tristabiles esse simpliciter sensitiue partis. ꝛ ideo ꝑm hoc dictum tota eorum disputatio contra iob procedit in equiuoco: cum nitant ostendere iob ex impatientia maledicum ꝛ blasphemum: tanq̃ loquentem ex erronea rõne: que tamen disputatio protrahitur vsq̃ ad. xxxij. ca. exclusiue; vbi incipit Heliu disputare: de cuius disputatione dicetur tunc qualiter differt a precedenti. Ex autẽ tres viri sapientes ita diu disputarent pro nichilo: quia in equiuoco non vertur. ꝛ similiter q̃ iob sapiẽs ꝛ sanctus ita diu tenuisset eos in verbis ad propositum non spectantibus: quin aperuisset eis intentionem suam: ut sic tacerent: uel ad propositum arguerent. absurdum rationi videtur. Propter quod saluo meliori iudicio videtur mihi q̃ aliter potest dici. Ad cuius intellectum sciendum q̃ disputãs cedens ex concessis ab eis ad aliquid contra eos concludendũ. amici autem iob Iz conuenirent cum eo in hoc q̃ actus humani reguntur diuina prouidentia ut dictum est: tamẽ dissentiebant in hoc q̃ punitionem peccatorum ꝛ remunerationem bonorum in futura vita negabant: ad hoc autem sequitur q̃ homini existenti in multis ꝛ magnis miserijs de q̃b⁹ nõ apparet liberatio via humana possibilis: vita sua talibus miserijs subiecta sit ei odibilis ꝛ onerosa: si de tolleratione talium nulla premiatio in futurum est expectanda. ꝛ per consequens illa per que venit ad istas miserias sunt ei odiosa scilicet conceptio: natiuitas: ꝛ educatio. ĩ tali ꝙo statu erat iobut patet ex p̃dictis. ꝛ iõ ex sentẽtia erronea amicorum suoꝝ quam nouerat. concludit vitam suam sibi odibilem ꝛ onerosam. ꝛ per consequens suam conceptionem: natiuitatem: ꝛ educationem. ducendo eos ad inconueniens: eo q̃ istud habebant pro inconuenienti: quia tenebant omnia bona remuneranda tm̃ in vita presenti. ꝛ ideo dicebant vlterius quasi iob respondendo: q̃ si homo vere peniteat ꝛ ad deum conuertatur a miserijs sibi inflictis propter culpam suam quantacunq̃ sit. a deo literatur: ꝛ ad floridum statum in victoria maioris prosperitatis reducitur: quod dictum iob destruit per hoc q̃ aliqui iniusti frequent in hac vita fruunt prosperitate vsq̃ ad horam mortis sue: ꝛ similiter aliqui iusti affliguntur miserijs vsq̃ ad horam mortis sue. ꝛ sic concludit iob q̃ eorum tolerantia remuneranda est in alia vita. ꝛ ista patebunt ex decursu huius libri. Et sic patet q̃ disputatio iob cũ amicis suis non procedit in equiuoco: quia directe intendit destruere: quod illi intendunt astruere. Similiter patet q̃ ꝑm hunc modum dicendi iob non potest de impatientia seu blasphemia notari: quia dicta in hoc capitulo ꝛ consimilia in sequentibus non profert ex sua sententia: sed magis tanq̃ ex errore amicorum suorum deducta. sicut nec paulus apostolus potest notari de infidelitate. j. ad Cor. xv. ex eo q̃ ex errore negantium resurrectionem sic deducit: Si resurrectio mortuorum non est. nec christus resurrexit: si aũt christus non resurrexit. inanis est predicatio ꝛ fides nostra. His igitur premissis presens capitulum in duas partes diuiditur: quia primo iob vite sue detestatur inchoationem. secundo eiusdem continuationem. ibi: Quare misero. Prima in duas. quia primo maledicit tempus inchoationis vite sue. secundo ipsius inchoationi. ibi: Quare non in vulua. Prima adhuc in duas. quia primo maledicit dicto tempori in generali. secundo in speciali. ibi: Dies ille. Circa primum dicitur: Post hec. id est post septem dies in quibus amici sui cum eo resederant lugentes. b Aperuit iob os suum. ad dicendum que sequuntur. ex quo patet q̃ non locutus fuit ex impetu passionis: quia statim a principio in verba sequentia prorupisset: sed magis ex deliberatione rationis. c Et maledixit diei suo. per modum qui sequitur: d Pereat dies in qua natus sum. non est per hoc intelligendum q̃ optaret diem preteritum redire ꝛ sic postea perire: quod est impossibile ꝛ irrationabile: ut arguit beatus Gregorius. sed loquitur de preterito per modum futuri. ad modum volentis de aliquo preterito: ut sit sensus: Pereat dies. id est vtinam dies natiuitatis mee nunq̃ fuisset si possibile esset. ut sic non fuissem natus. Et eodem modo exponendũ est quod subditur: Et nox in qua dictũ ē cõceptus est hõ. e Dies ille vertat in tenebras. Hic maledicit dicto tempori in speciali. ꝛ primo diei. secundo nocti. ibi: Noctẽ illã. Circa primum dicitur: Dies ille vertatur in tenebras. quod potest fieri pluribus causis concurrentibus. vna est ex eclipsi solis: sicut fuit in passione christi. ꝛ hec tangitur ibi: Dies ille vertatur in tenebras. propter quod subditur: f Non requirat eum deus desuper. id est non instituat eum celebrem: sicut instituit de die sabbati propter beneficium creationis. Et non sit in recordatione. hoc non est in hebreo nec in libris correctis: sed immediate subditur: g Nec illustretur lumine. ꝛ refertur ad eclipsim solis predictã in cuius hora licz dies obscuretur: tamen satis cito ad lucem pristinam reuertitur. ꝛ hoc excludit dicens: Nec illustretur lumine. ꝛ est sensus: vtinam dicta eclipsis durasset per totam diẽ mee natiuitatis. h Obscurẽt eũ tenebre.

---

a Cap. iij

b III

c maledixit

d Pereat dies i qua nat⁹ sum: ꝛ nox in q̃ dictũ ē: cõceptus ē homo. Dies e ille vertat i tenebras Nõ f requirat eũ de⁹ desup: nec g illustretur lumine. Obscurent h

Hic tangitur alia causa obscurationis diei .s. quando nubes obscure simul cōcurrūt cū eclipsi. ⁊ hoc tangit cum dicitur: Obscurent eū tenebre. i. vtinā cū elipsi solis cōcurrissent nubes obscure. a Et vmbra mortis. i. q̄ tanta fuisset obscuritas dicta q̄ boies pre horrore timuissent sibi de morte. b Occupet eū caligo. i. vtinā cū obscuritate nubiū in celo aereo fuisset nebula circa terrā: que proprie caligo dicit ad maiorē dicte diei horrorem. c Et involuatur amaritudine. i. vtinā die illa fuissent homines generalit̄ sine gaudio ⁊ amaritudine occupati. omnia aūt p̄dicta dixit iob de die sue nativitatis: p̄ hoc designans. ut horror exterior temporis signum fuisset mali quod sibi accidit: eo q̄ per nativitatē venit ad vitam subiectā tātis ac talib⁹ miserijs. ⁊ eodem modo intelligendum est de his que sequunt̄ q̄ntum ad noctē sue conceptionis. d Noctem illā. Hic consequenē maledicit nocti sue cōceptionis in speciali. est aūt nox horribilis de se: sed multo horribilior est quando supuenit ventus procellosus ⁊ aer caliginosus, quod notat cū dicit: Noctem illam tenebrosus turbo possideat. i. vtinā sic fuisset horribilis: ut fuisset signū correspōdēs meis miserijs. e Non computet in diebus anni. i. non sit in recordatione aliqua laudabili. f Sit nox illa solitaria. i. vtinā sic fuisset horribilis: ut homines non possent cōgregari in aliquibus festis seu cōuiuijs. g Nec laude digna. ita q̄ nihil laudabile factū fuisset in ea. h Maledicant ei qui maledicūt diei qui parati sūt suscitare leviathan. Hoc Tho. exponit dupliciter, vno modo q̄ per leviathan intelligitur piscis magnus qui alio nomine vocatur cetus: quem ꝓpter sui magnitudinē piscatores non audent invadere de die: ut dicit: sed de nocte tim̄. ⁊ ideo quando intendunt eius captioni si supueniat dies. maledicunt ei. ⁊ sic suscitare leviathan est eum invadere. Alio modo ut per leviathan intelligat dialobus: quē suscitare habent mali homines ei obedientes. ⁊ isti odiunt lucē diei: ꝑm q̄ dicit Job. iij. Omnis qui male agit odit lucē. Sed prima expositio non videt vera: quia audiui ab illis qui nouerunt captionē illius piscis dicentib⁹ q̄ nūq̄ invadit de nocte: sed magis in clara die: ita q̄ piscatores a longe possint cōtra eū tela dirigere ꝓicere: quia si approp̄inquarēt essent in periculo submersionis ex motu illius piscis marenotabiliter perturbantis. Secūda vero expositio videt mystica. ⁊ iō pono aliā lrālem quā ponunt hebrei dicētes. q̄ hec est vera lrā. Maledicant illi qui maledicūt diei expectantes oriri de societate sua. tales aūt sunt homines tantis miserijs oppressi q̄ de vita sua sunt attediati. ⁊ sic q̄ mortem expectāt a societate sua separari. i. ab vroribus suis vel a communi societate hominū. i Obtenebrent stelle caligine ei⁹. i. vtinā fuisset tam obscura q̄ non apparuisset aliqua stella. k Expectet lucē. i. vtinam fuisset talis q̄ boies pre horrore illi⁹ de sideraſſent lucē diei: nec tamen videret ab eis: nec etiā signū auroze surgentis que precedit lucem solis. rōnem aūt de predicte maledictionis subdit dicēs: l Quia non conclusit ostia ventris qui potauit me. ita q̄ non potuissem exire de vtero. m Nec abstu. mala ab ocu. meis. i. quia non liberauit me a presentibus miserijs quas patior: quod fecisset. si ostia ventris matris mee clausisset: ita q̄ natus nō fuissem. exceptus genibus? cur lactatus vberibus? Nunc enī dormiens silerem: ⁊ somno meo requescerem cū regibus ⁊ consulibus terre: qui edificāt sibi solitudines: aut cum principibus qui possident aurum: ⁊ replent domos suas argento. Aut sicut abortiuū absconditum nō subsisterem: uel qui concepti non viderunt lucē. Ibi impij cessauerūt a tumultu ⁊ ibi requieuerunt fessi roboze: ⁊ quondam vincti pariter sine molestia. Non audierūt vocem exactoris. Paruus ⁊ magnus ibi sūt: ⁊ seruus liber a domino suo. Quare misero data est lux: ⁊

Sciendum aūt̄ q̄ ea que predicta sunt de maledictione diei nativitatis iob ⁊ noctis sue cōceptionis: dicta sūt referenda ad illum diē uel illam noctē numero: in quibus fuit cōceptus ⁊ natus. ⁊ sic loquit̄ iob de preterito p̄ modū futuri: ut supra dictū est. Possent etiā alit̄ exponi referendo ad idētitatē diei ⁊ noctis nō numeralē sed ꝑm anni revolutionē: sicut dies nativitatis xp̄i dicit̄ q̄libet anno reverti ⁊ ꝑm hoc verba iob sūt accipienda de futuro: sicut exprimunt̄ p̄ modū futuri. ⁊ tūc est sensus q̄ vtinā illa nox ⁊ illa dies in revolutione anni in quibus iob fuit conceptus ⁊ natus. esset de cetero sic horribiles q̄ essent signū rememorativū miserie iob p̄cedentis. ⁊ exponat̄ sic prius: nisi q̄ modus loquēdi mutet̄ de ꝑterito ad futurū. n Quare nō in vulua. Hic ꝓsequēter iob detestat̄ vite sue inchoationē que est q̄ nativitatē. impedit̄ aūt nativitas dupliciter. vno mō q̄ fetus moritur post animationē. alio mō ante. ⁊ primo ꝓsequitur primū modū. secūdo secundum ibi: Aut sicut abortiuū. Circa primū dicit: Quare non in vulua mortuus sum. s. ante nativitatē ⁊ post animationē: quia nullus moritur nisi habens vitā. o Egressus ex vtero non statim perij. i. vtinam saltem post nativitatem perijssem: ita q̄ nec fuissem receptus super genua nutricis: nec lacte eius alitus. ⁊ subdit causam dicens: p Nunc enim dormiens silerē. dormitionē enī vocat mortē ꝓpter spem resurrectiōis. ⁊ hoc modo frequenter loquit̄ scriptura. silentiū aūt vocat quietē a planctu miseriarū huius vite. q Et somno meo requiescerem. liberatus a miserijs quas nunc patior. r Cum regibus ⁊ consulibus terre. s. defunctis factus eis equalis: q̄ post mortē nō remanent dignitates iste. s Qui edificant sibi solitudines. ꝑm ꝓprietatē hebraici sermonis. non accipit̄ hic solitudo ꝓout importat vonum solitariam: sicut exponit Tho. dicens q̄ p̄ hoc intelligunt̄ edificia solitaria ad delicias regum facta. sed magis solitudo hic accipitur ꝓout sig̃t edificia destructa: ut civitates ⁊ castra: que reges ⁊ magnates aliquādo reedificāt maiora ⁊ fortiora q̄m ante: ut in futurū ipsi habeant̄ in memoria. ⁊ sic ordinant̄ ad bonū honorabile. t Aut cū principibus qui possident aurū. i. cū illis qui in p̄senti vita magis studuerunt ad bonū utile. v Aut sicut abortiuū. Hic prosequitur secundū modū quo impeditur nativitas. s. ante animationem: quando sic perit fetus. ⁊ tunc dicit̄ abortiuū. vnde subdit: x Non subsisterem. defuncti enim tm̄ subsistunt in anima. rōnali remanente. ⁊ ideo abortiuū in nullo subsistit. y Vel q̄ concepti non viderūt lucē. i. mortui post animationē: tamē ante nativitatē. ⁊ sic non viderunt lucem huius vite. ⁊ in hoc iob reuertit̄ ad modū p̄cedentē. z Ibi impij cessauerunt a tumultu. i. a calūnijs. quibus homines molestabant in vita presenti. a Et ibi requieuerunt fessi roboze. i. homines bellicosi qui bellādo frequenter fatigant̄. ibi quiescunt a talibus. b Et quondā vincti. s. a bellatoribus dictis. c Pariter sine molestia. supple sunt ibi cum illis qui eos vinxerant. d Non audierūt vocem exactoris. talia enim ibi non habent locum. e Paruus ⁊ magnus ibi sunt. s. equales: quia paruitas ⁊ magnitudo distinguunt̄ ꝑm prosperitates ⁊ aduersitates huius vite: quibus per mortem sublatis remanent homines equales. ⁊ ideo subditur: f Et seruus liber a domino suo. quia per mortē solvitur talis subiectio. g Quare misero. Hic consequenter iob lamentatur vite sue continuationē. ⁊ primo facit hoc generaliter respectu omniū miserorum. secundo specialiter applicat ad seipsum. ibi: Anteqū comedam. Circa p̄mū dicit: Quare misero. i. homini aduersitatibus afflicto. h Data est lux. ita q̄ per nativitatem venit ad huius mundi lucē. i Et

vita.id est vite continuatio.quasi diceret.pro nihilo. a Qui expectant mortem. cum desiderio ut sint liberati a miseriis in quibus sunt. b Et non venit.scm eorum desiderium: scz finaliter veniat cum sint mortales. c Quasi effodientes thesaurum.id est sicut effodientes thesaurum expectant cum desiderio eius inuentionem: ita isti mortem. iō subditur: d Gaudentq; vehementer cum inuenerint sepulchrum. id est cum veniunt ad talem statum q̄ sunt certi de sepultura sua propinqua. Aliter etiam exponitur dicendo q̄ antiquitus in sepulchris magnorum reponebantur aliqua preciosa ⁊ abscondebantur in terra: ⁊ sic homines volentes illa rapere effodiebant terram. ⁊ sic gaudebant quando sepulchrum inueniebāt. propter ea que erant ibi reposita. prima tamen expositio magis concordat littere. e Viro cuius abscondita est via. supple q̄re data est lux ⁊ vita. ⁊ talis est qui in p̄senti vita oppressus est miseria: qz nescit quo ibit de loco

vita his q̄ in amaritudine anime sunt: Qui[a] expectant mortē ⁊[b] non venit: quasi[c] effodientes thesaurū: gaudēt̄q;[d] vehementer cū inuenerint sepulchrū. Viro[e] cuius abscondita est via: ⁊[f] circūdedit eum deus tenebris. Ante q̄;[g] comedā suspiro: ⁊[h] q̄si inūdātis aque sic[i] rugitus meus: quia[k] timor quem timebā euenit mihi: ⁊[l] quod verebar accidit: Nonne[m] dissimulaui: Nō ne[n] silui: Nonne[o] quieui: Et[p] venit super me indignatio. iiii

Respondens[q] autē eliphaz themanites dixit Si[r] ceperim[s] loqui tibi: forsitan molestē accipies.

presentis miserie: eo q̄ nescit homo vtrum odio uel amore dignus sit: ut dicitur Eccliastes.ix.ideo subdit. f Et circūdedit eū deus tenebris. scilicet ignorantie respectu futurorum. g Ante q̄ comedam. hic iob predicta applicat ad seipsum dicens: Ante q̄ comedā suspiro. p̄ angustijs quas sustineo: ⁊ nō suspiro leuiē ꝑ grauiē pre angustia nimia. ideo subdit: h Et quasi inundantis aque. que facit magnum tumultum. i Sic rugitus meus. qui est signum magni doloris. cuius causa subditur: k Quia timor quem timebam euenit mihi. homo enim sapiens in prosperitate existens timet de futura aduersitate fortune. ⁊ sic timuit iob tempore prosperitatis sue. ⁊ in hoc notat magnitudinem sui damni. l Et quod verebar accidit. verecundia est timor ingloriationis. ⁊ in hoc ostendit iob magnitudinem deiectionis a statu sui honoris. ⁊ quia posset aliquis dicere ipsi iob q̄ merito hoc patiebatur propter peccata sua preterita: sicut sentiebant eius amici. ideo hoc remouet dicens: m Nonne dissimulaui. scilicz iniurias mihi factas ab alijs non vindicando. n Nonne silui. opprobria pro opprobrijs non respondendo. o Nonne quieui. alios non molestando. quasi diceret. sic. p Et venit super me indignatio. id est miseria a deo inflicta: quod est signum sue indignationis: cum tamen essem innocens: ut patet ex supradictis. q Cap. iiij.

Respondens autem. Postq̄ descripta est ipsius iob propositio querulosa. hic consequenter ponitur amicorum eius obiectio calumniosa. ⁊ primo ponuntur obiectiones trium amicorum eius principalium. ⁊ secundo ipsius beliu qui cum eis venerat ad iob consolandum. ca. xxxij. Prima in duas. quia primo ponuntur dicte obiectiones. ⁊ secundo eorum replicationes. ca. xv. Prima in tres. ꝑm tres amicos iob. quia primo ponuntur obiectiones primi. secundo secundi. ca. viij. tertio tertij. ca. xj. Prima adhuc in duas. quia primo ponitur ipsius eliphaz obiectio. secundo iob responsio. ca. vj. Prima in duas. quia primo eliphaz ponit suam obiectionem. secundo inducit iob ad eius attentionem. ca. v. Prima adhuc in duas. quia primo obiectio ponitur. secundo dei reuelatio ad hoc inducitur. ibi: Porro. Circa primum sciendum q̄ eliphaz recte accepit verba iob q̄tum ad illud in quo discordabat abeo scilicet q̄ aliqui absq; culpa affliguntur in presenti vita. ⁊ hoc accepit ex verbis iob in fine capituli precedentis. ut patet ex dictis ibidem: sed exmodo loquendi credidit eum esse impatientē: ⁊ ideo arguit p̄mo eū de impatientia. secundo de erronea sententia. ibi: Recordare obsecro. Circa primum dicitur: Respondens autem eliphaz. licz obijceret: tamen dicitur hic respondens: quia post ipsum iob loquitur: ⁊ quia obijciendo respondet

Sed[g] conceptū sermonem tenere quis poterit: Ecce[h] docuisti multos: ⁊[i] manus lassas roborasti. Vacillantes[k] confirmauerūt sermones tui: ⁊[l] genua tremencia confortasti. Nunc[m] aūt venit super te plaga ⁊[n] defecisti: tetigit[o] te ⁊[p] cōturbat[q] es. Vbi[r] timor tuus: fortitudo[s] tua: ⁊ patientia[t] tua: ⁊[u] perfectio viarū tuarum: Recordare[v] obsecro te quis[w] vnq̄ innocēs periit: aut[x] quando recti deleti sunt: Quin[y] potiꝰ vidi eos[z] q̄ operant iniq̄tatē: ⁊[a] semināt dolores: ⁊[b] metunt eos: flante[c] deo perisse: ⁊[d] spiritu ire eius esse consumptos Rugitus[e] leonis ⁊[f] vox leene:

quodāmodo dictis eius. r Si ceperimus loqui tibi. modus est hominis impatientis non expectare finem verbi quod sibi dicitur. ⁊ in hoc notat iob de impatientia. s Sed cōceptum sermonem tenere quis poterit. licz enim iniurias proprias dissimulare sit virtuosū: iniurias tñ dinas tolerare vitiosū est. videbantur autem ipsi eliphaz verba iob predicta sonare in dei iniuriam: propter quod dicit se non posse tacere ꝑm rectam cōscientiam. t Ecce docuisti multos. Turpe est doctori cum culpa redarguit ipsū. propter quod ut ostendat impatientiam iob. ut credebat. eē turpiorem: primo inducit precedentem eius doctrinam. Circa quam sciendum q̄ aliqui sūt impatientes ex sola ignorantia boni patientie. ⁊ q̄tū ad tales dicit: Ecce docuisti multos Sunt etiam aliqui impatientes non ex ignorantia boni patientie sed ex animi debilitate. ⁊ q̄tum ad istos dicit. v Et manus lassas roborasti. id est opera patientie relaxata ex debilitate animi. Sunt etiam aliqui impatiētes ex diuturnitate aduersitatis qui incipiunt dubitare an talia eueniant eis ex iudicio diuine prouidentie. ⁊ q̄tum ad tales dicit: x Vacillantes confirmauerunt sermones tui. Sunt etiam aliqui qui aduersa parua ⁊ mediocria sustinent: sed superuenientibus grauibus incipiunt frangi. ⁊ q̄tum ad tales dicit: y Et genua tremencia confortasti. homini enim portanti graue pondus genua incipiunt tremere. ⁊ per hoc designatur magne aduersitatis pondus: sub quo aliqui incipiunt deficere. Premissa igit doctrina iob de patientia: inuehit ꝫ ipsū de defectu patientie dicens: z Nunc autem venit super te plaga. i. amissio bonorum exteriorum. a Et defecisti. per impatientiam. b Tetigit te. flagellando in proprio corpore. c Et cōturbatus es. prorumpendo in blasphemiā. dixerat enī iob in fine precedētis capituli se percussū a deo q̄uis esset innocens. ⁊ hoc eliphaz reputabat blasphemiam ut magis patebit infra. ⁊ ideo concludit. d Vbi timor tuus. respectu dei. e Fortitudo tua. respectu mali sufferendi: tamen cū difficultate. f Patientia tua. ablq; tali difficultate: ut sic talis differentia sit inter fortitudinem ⁊ patientiam: sicut philosophus ponit. vij. ethicoꝝ. inter continentiam ⁊ temperantiam. g Et perfectio viarum tuarum. quam prius simulabas. quasi diceret. ex effectu patet q̄ ista fuerunt in te ficta ⁊ non vera. h Recordare. hic consequenter eliphaz arguit iob de erronea sententia: quia dicit innocentem a deo puniri dicens: Recordare obsecro te. reducendo ad memoriam facta preterita. i Quis vnq̄ innocens periit. quasi dicat. non posses ostendere: nec per consequens credendum est tibi de te. k Aut quando recti deleti sunt. per amissionē substantie ⁊ prolis sue: sicut tu deletus es. l Quin potius vidi. p experientiā cui credēdū est. m Eos q̄ operant iniquitatē. manifeste inimicando. n Et seminant dolores. occulte insidiando. o Et metunt eos. ad finem reducēdo. p Flante deo perisse. in propria persona. q Et spiritu ire eius esse consumptos. in bonis suis ⁊ prole sua. ⁊ in hoc notat iob hoc modo consūptū propter peccata sua preterita. ideo sequitur: r Rugitus leonis. i. ipsius iob quem leoni comparat propter crudelitatem ⁊ rapacitatem quam ei imponit. s Et vox leene. i. vocis sue que ipsum iob ad predicta mala

per sua verba incitauerat, ut iste dicit: a Et dentes catulor leonū .i. rapacitas filioꝝ iob ipsū imitantiū. b Contriti sunt. supple diuino iudicio. 7 qz posset ei dici qꝫ vxor iob pcussa nō fuerat. iō hoc remouet dicēs: c Tigris periit. quā pꝛꝰleene cōparauerat. hic tigridē vocat ꝓpter velocitatē eiꝰ ad malū: sicut tigris ē animal velocissimū. dicit igit: Tigris periit eo qꝫ nō haberet predam q. d. lz vxor iob nō fuerit mortua sic filij 7 filie: nec sic iob pcussa vlcere: tñ in hoc pcussa est qꝫ nō potest bona aliorum rapere p se nec per maritum nec etiā p filios. iō subdit: Et catuli leōis dissipati sūt. d Pozzo. hic cōsequenē elipbaz ad suū ꝓpositū inducit diuinā reuelationē. vtrū aūt fuerit vera reuelatio uel conficta ab eo: Thomas sub dubio relinquit, videt tamē qꝫ fuerit conficta: qz in fine libri dñs dixit ad eū Irat⁹ ē furoz meꝰ cōtra te 7 cōtra duos amicos tuos qz nō estis locuti coram me rectū. Itē qz hoc inducit ad falsū intellectū. s. qꝫ nullus a deo punit in ꝑsenti absqꝫ culpa ꝑcedenti: falsū aūt nō potest a deo reuelari. In hac igitur reuelatione primo tangit reuelationis modus. 2ᵒ reuelationis sensus. ibi: Munqd homo. Circa primū dr: Pozzo ad me dictū est verbū absconditum. qz que reuelant alicui sunt aliis abscōdita. 7 iō subdit: e Et quasi furtiue. i. occulte. f Suscepit auris mea venas susurrij eius. qz talia reuelant secrete: nec capiunt pfecte. 7 subdit tēpus. g In horroze visionis nocturne. tēpus enim nocturnū ꝓpter eius quietudinē magis est aptū ad pcipiendū ea que reuelant ꝑ diurnū qō inquietat tumultibus actionū humanarū. h Quādo solet sopoz. i. grauis somnus. i Occupare homines. qꝫ h̄ inuit qꝫ nō erat tūc sopoze grauat⁹ sicut cereri. k Pauoz tenuit me. tum ex tēpore nocturno: tum ex insolita visione. l Et cū spiritus. i. angelus. m Me ꝑsente trāsiret. i. ad me accederet. n Inhorruerūt pili carnis mee. qz ꝑsentiā angelice virtutis fragilitas humana vem 7 nō remansit in me fortitudo. o Stetit quidā. q. d. ista visio nō fuit in raptu uel trāsitoria: sed magis stabilis 7 fixa: ad notandū maiorē eius certitudinem. p Cuius non agnoscebā vultū. ad notandū qꝫ excederet humanum modū: cuiusmodi est angelus. q Imago coꝝ oculis meis. q. d. angelus fuit in specie visibili apparēs mihi vigilāti: que visio excellentioz est ꝙ in somnis. r Et vocē ꝙm audiui. ad notandū qꝫ fuerit angelus bonus a deo missus. p talē modū loquendi dr. iij. Reg. xix. Post ignē sibilus aure tenuis ibi dñs. s Munqd hō. Descripto reuelationis mō: hic ꝓnit er ipsa ponit reuelatio. in q̄ elipbaz ostēdit sibi reuelatū nullū innocentē a deo punitū. 7 primo ad h̄ inducit rō ex cōparatione hois ad deū: q̄ talis ē. Nullus hō pōt esse iustior aut purior a peccato ipso deo: q̄ est regula iusticie 7 in supmo puritat⁹ 7 mūdicie: ꝙ si deus puniret aliquē innocentē: inueniret aliqs hō iustior aut purior ipso: qz inuenit aliq̄ aliq̄ hoies ita iusti qꝫ nullo mō punirent innocentē. q̄ vē. hec rō tangit cū dr: Munqd hō rei cōparatione iustificabit. i. iustior ipso inuenietur. q. d. nō. Ista vero rō nō valet: qz deus punitionē innocētis ordinat ad magnitudinē pmij cōsequendā: sicut tormēta martyrū ad gloriē triūphū. 7 iō iuste facit. homo aūt punitionē innocētis nō sic pōt ordinare. 7 iō nō est simile. Secūda vero rō accipit ex cōparatione hois ad angelū q̄ est substantia pure spūalis. 7 iō dr se nullū habēs inclinatiuū ad peccandū. homo vero cōpositus ex spiritu 7 corpore corruptibili ex fomite habet inclinationē ad peccatū: ꝓm illud Sap. ix. Corpus quod corrūpit aggrauat animam vē. 7 Ecclī. viij. Sensus 7 cogitatio hois ꝓna sūt ad malū ab adolescētia sua. igit cum natura angelica non immunis sit a peccato qz aliq̄ eoꝝ ceciderūt: p ꝓsequēs nullus hō videt iudicari immunis a peccato. 7 sic nullus innocens punit a deo. Ista rō tangit cū dr: t Ecce q̄ seruiunt ei. i. angeli q̄ creati sūt in ministeriū dei: ꝓm illud Dan. vij. Milia milium ministrabant ei 7 vē. v Nō sunt stabiles. qz aliq̄ ceciderūt a statu sue cōditionis. x Quāto magis hi q̄ habitant domos luteas. i. hoies quorū spiritus corpora terrena inhabitāt. y Qui terrenū habēt fundamētū. hoc addit ne aliquis crederet qꝫ ex aīa 7 corpore non fieret vnū p se: sicut nec ex homo 7 boue eā inhabitante: qz sicut fundamentū est pas domus: sic terrenū corpus ē pas hominis: nisi qꝫ hō est quoddā cōpositū substantiale: dom⁹ aūt artificiale. z Cōsument velut a tinea. i. velicient 7 p fomitē incident in peccata: qz sicut tinea nascit ex veste 7 eā corrodit: sic fomes nascens ex boue ipsū ad corruptionē peccati inducit. a De mane vsqꝫ ad vesperā succident. i. quasi cōtinue in peccata labunt. b Et qz nullus itelligit. i. pauci valde intelligūt ꝓpria peccata. ꝓm illud ps. xviij. Delicta q̄s intelligit vē. c In eternū peribūt. i. absqꝫ reuelatione a culpa 7 miseria in pñti vita. d Qui aūt reliq̄ fuerint. i. filij hominū peccatoꝝ moriētiū post eos remanētes 7 scelera eoꝝ imitātes. e Auferent ex eis. li Ex eis nō est in hebreo nec ē vertu. 7 iō lrā est plana cū dr: Auferent. s. de ꝑsenti vita post patres suos. iō subdit. f Morient 7 nō in sapiētia. qz ois peccator a claritate sapiētie cadit i tenebras ignorantie. Ratio aūt inducta de angelis nō valet: qz peccatū angeli ē irremediabile: peccatū aūt hois originale 7 actuale remediabile est 7 iō hō peccatoꝝ pōt recuperare innocētiā. 7 sic absqꝫ culpa a deo flagellari ad sue beatitudinis future augmētationē sicut pdictū est.

Voca ḡ. Hic ꝓnit eliphaz excitat iob ad finē g Lap. v. sue attentionē. 7 primo ponit eius excitatio. 2ᵒ ipsi⁹ iob increpatio. ibi: Vere stultū. 7 tertio eius monitio. ibi: Beatus homo. Circa primū dicit: Voca ergo. q. d. si non intelligis verba mea: voca dñm ut aperiat tibi intellectum. b Et ad aliquē sanctorum conuertere. i. si non confidis de tuis meritis de quibus non videt qꝫ debeas cōfidere ꝓpter maliciā tuā: de ꝓcare vnū de sanctis angelis: ut intercedat pro te. i Vere stultū. Hic ꝓnit eliphaz increpat ipsū iob. 7 primo cōuertit se ad eum increpandū. 2ᵒ ad suum ꝓpositum ꝓbandum. ibi: Nibil in terra. Circa primū dr: Vere stultum. sic habet littera correcta. k Interficit iracundia. ille enī est vere stultus q̄ a virtute patientie cadit, ꝓpter aduersitat⁊ bono alieno: inꝑtū estimat, ꝓpter boni diminutiuū. 7 sic omnis insanctū iob credebat eliphaz. 7 in hoc increpat ipsū. iō subdit. m Ego vidi stultū firma radice. i. ipsum iob in ꝓsperis existentē: 7 in talibus confirmatū ꝓm suam opinionē. n Et maledixi pulchritudini eius. i. eius ꝓsperitatem dixi malam. i. alijs nocuam. vnde precedenti capitulo vocauit iob alioꝝ oppressoꝝ dicens: Rugitus leonis vē. ut ibi fuit expositum. o Longe fient filij eius

a salute. per oppressionem ab alienis. a Et conterentur in porta. per condemnationē in iudicio a conciuibus suis. iudices enī antiquī sedebāt in portis: ut in ꝓmptu haberēt ab iniuriatis. ꝙ hoc notat eliphaz ꝙ talia mala euenient similibꝫ ipsi iob. b Cuius messem. i. diuitias cōgregatas. c Famelicus comedet. i. raptor qui desiderat bona aliorū rapere. d Et ipsū rapiet armatus. quoniā non solū patiet in bonis exterioribus: sed etiā in persona propria e Nihil in terra. Hic cōsequēter nititur ꝓbare suū ꝓpositū. s. ꝙ deus non punit aliquē in vita p̄senti nisi propter peccata sua preterita. dicens: Nihil in terra sine causa fit. quia ꝛ aliqui effectus sint fortuiti ⁊ casuales respectu secundarū causarū: tamen respectu prime cause que deus est nihil est fortuitum: ⁊ nihil casuale. f Et de humo nō egredietur dolor. i. aduersitas nō cōtingit alicui sine cā quod esset si quis puniret absq; peccato preterito. ⁊ inducit ad hoc simile dicens: g homo nascit ad laborē ⁊ auis ad volatū. eo enī ipso ꝙ natura dedit auī plumas ⁊ alas per hoc ostendit ꝙ nascit ut per volatū querat sibi victū: quia res naturales sūt ꝓpter suas operationes: ⁊ eodē modo eo ꝙ homo nascitur nudus tegumento ⁊ armis: quia natura nō dat sibi vestes nec arma ad se vestiendum ⁊ se defendendum: sicut dat aui plumas ad coopримentum: rostrum ⁊ vngues ad se defendendum: ostenditur ꝙ homo nascitur. ut per laborem manuum suarum faciat sibi vestes ⁊ fabricet arma. Ex hoc igitur concludit eliphaz ꝙ nihil fit sine causa determinata: qz omnia q̄tumcūq; minima cadunt sub prouidentia diuina. ideo subdit: b Quam obrem deprecabor dominum. ut dirigat me in agendis. i Qui facit magna. in creaturis superioribꝫ. k Et inscrutabilia. etiā in inferioribus: ut patet de folio arboris: cuiꝰ omnes rationes in particulari nullus homo posset ad plenum scrutari: utpote quare sic est figuratum uel vnde habeat virtutem ad talem infirmitatem sanandam. l Qui dat pluuiam super faciem terre. conuertendo vapores in aquam. m Qui ponit humiles. i. homines sua peccata humiliter cognoscentes ⁊ emendantes. n In sublime. i. in maiori prosperitate q̄s ante. o Qui dissipat cogitationes malignorum. i. cogitantiū male facere innocentibus: p Ne possint implere manus eorum. in effectu. q Quod ceperant. tractare in mentis cogitatu. r Qui apprehendit sapientes. i. astutos seu cautelosos. s In astutia eorum. conuertēdo super eos malum quod alijs insidiose parabant inferre: sicut in libro Hester de aman dicit ꝙ suspensus fuit in ligno quod paraverat mardocheo. t Per diem incurrent tenebras. i. in die prosperitatis subito incurrent tenebras aduersitatis. v Et quasi in nocte sic palpabūt in meridie. id est dum credent esse firmati in potissimo statu. subito erunt in pessimo. x Porro saluum faciet egenum. per egestatem a veritatis suis emendatum. y A gladio oris eorum. id est ab increpationibus ⁊ mendacijs: detractionibus ⁊ condēnationibus in iudicijs. z Et erit egeno spes. id est certa expectatio future prosperitatis in presenti vita: dum ante fuerit emendatus. a Iniquitas autem contrabet os suum. ita ꝙ non poterit loqui scilicet impius sic in peccato perseuerans. Sciendū aūt ꝙ ratio eliphaz sup inducta non valet: quia licz deus affligat innocentem: hoc tamen non est sine causa: quia hoc fit ad exercitiū sue patientie in vita p̄senti: ⁊ augmentum glorie in vita futura: quod iste eliphaz non intelligebat. b Beatus homo. Hic consequenter eliphaz post ipsius iob increpationem conuertit se ad eius monitionem. dicens: Beatus homo qui corripitur a domino. i. qui eius correctionem patienter recipit se emendando: quia per hoc cōuertitur ad maiorē prosperitatem q̄s ante in vita p̄senti ꝛm opinionē eliphaz: qđ tamen non est semper verum. ⁊ ideo cōcludit: c Increpationem ergo domini. qua te iuste flagellauit: d Ne reprobes. per impatientiā in blasphemiam prorumpendo. e Quia ipse vulnerat. peccatores puniendo. f Et medetur. emendatos consolando magis q̄s ante g In sex tribulationibus liberabit te ⁊ in septima. ꝛm Greg. Omel. xxv quia septem diebꝰ omne tempus cōprehenditur: recte septenario numero vniuersitas figurat. ⁊ iō eliphaz septē tribulationes enumerat: a quibꝰ asserit iob fore securū: si fuerit emēdatus: per hoc insinuās ꝙ in vita presenti poterit maiorem prosperitatē recuperare: ⁊ absq; timore aduersitatis viuere. prima ponitur ibi: b In fame eruet te de morte. i. alijs fame morientibus pre defectu bonorum. tu habebis ad sufficientiā. secūda ibi: i Et in bello de manu gladij. i. alijs gladio aduersariorum interfectis. dñs te saluabit. tertia ibi: k A flagello lingue absconderis. i. a detractionibus malignantiū eris quasi absconsus. quia non audebunt uel non erunt memores ad murmurandū ⁊ detrahendum de te. quarta ibi: l Et non timebis calamitatē. i. luctum cōmunē ex pestilentia seu corruptione aeris superuenientē: qz deus saluabit te. quinta ⁊ sexta ibi ponunt: m In vastitate ⁊ fame ridebis. accipit hic vastitas pro destructione terre ab hostibus: ⁊ similiter fames ex hoc sequens: tum quia bona terre ab hostibus sunt ablata: tum quia ligna fructifera sunt abscisa. ⁊ ideo ista tribulatio famis differt a precedente quia causabat ex sterilitate terre. ista vero ex hostili vastatione. n Ridebis. i. iste tribulationes alijs superuenientes non diminuent statū tue prosperitatis. o Et bestias terre. que in terra deuastata solent multiplicari ⁊ crescere: p Non formidabis. quia non nocebunt tibi in persona tua: nec familie tue: nec gregibus tuis. q Sed cum lapidibus. Descripta liberatione a tribulationibus. promittit ei abundantiā bonorꝫ alias insolitam. dicens: Sed cum lapidibus regionum pactū tuū. i. terre lapidose que non solēt alijs fructificare: tibi afferēt fructum multum: quasi ex pacto tibi seruientes. r Et bestie terre erūt pacifice tibi. que tamē erūt valde molestē alijs in personis ⁊ in gregibus suis. s Et scies ꝙ pacē habebit tabernaculū tuū. i. tota familia manēs in domo tua quod cedit ad magnā ꝓsperitatē patrisfamilias. t Et visitans speciem tuā. i. cōsiderās ꝓsperitatē tuam. v Non peccabis. quia non eleuaberis in superbiam: sed magis deum laudabis. x Et scies quoniam multiplex erit semen tuū. i. videbis filios tuos ⁊ nepotes in magno numero fortes ⁊

fient filij eius a salute: ⁊ᵒ conterentur in porta: ⁊ non erit q̄ eruat. Cuiusᵇ messem famelicus ᶜ comedet. ⁊ᵖ ipsum rapiet armatus: ⁊ bibent sitientes diuitias eius. Nihilᶜ in terra sine causa fit: ⁊ᵍ de humo non egredietur dolor. Homoᵉ nascitur ad laborē: ⁊ auis ad volatū. Quā obrembᵇ ego deprecabor dñm: ⁊ ad deum ponam eloquiū meū. Quiᵗ facit magna ⁊ ᵘ inscrutabilia: ⁊ mirabilia absq; numero. Quiˣ dat pluuiam super faciem terre: ⁊ irrigat aquis vniuersa. Quiᵐ ponit humiles in sublimeⁿ: ⁊ merentes erigit sospitate: Quiᵒ dissipat cogitationes malignorū: neᵖ possint implere manus eorū quodᵠ ceperant. Quiʳ apprehēdit sapientes in ˢ astutia eorū: ⁊ consiliū prauorum dissipat. Perᵗ diem incurrēt tenebras: ⁊ᵛ quasi in nocte sic palpabūt in meridie. Porroˣ saluum faciet egenum a gladio oris eorū: ⁊ de manu violenti pauperem. Etʸ erit egeno spes: iniquitasᶻ autē contrahet os suum. Beatusᵃ homo q̄ corripit a dño. Increpationē ergo neᵇ reprobes: quiaᶜ ipse vulnerat ⁊ᵈ medetur: percutit: ⁊ manᵉ eius sanabunt. Inᶠ sex tribulationibus liberabit te: ⁊ in septima non tanget te malū. Inᵍ fame eruet te de morte: ⁊ʰ in bello de manu gladij. Aⁱ flagello linguę absconderis: ⁊ʲ nō timebis calamitatē cū venerit. Inᵏ vastitate ⁊ fame ridebisˡ: ⁊ᵐ bestias terre nonⁿ formidabis. Sedᵒ cū lapidibus regionū pactū tuū: ⁊ᵖ bestie terre pacifice erūt tibi. Etᵠ scies ꝙ pacē habeat tabernaculū tuū: ⁊ʳ visitans speciem tuam non ˢ peccabis. Et scies ᵗ quoniam multiplex erit semen

711
705

diuites ad succedendū tibi prospere: quod cedit ad magnam consolationē hominis: quia mozies remanet quodāmodo in filijs ⁊ nepotibus suis. a Ingredieris in abundātia sepulchrū. i. ista prosperitas durabit tibi vsq; ad finē vite tue. b Sicut inferē aceruus tritici in tpe suo. s. maturitatis tpe. per hoc insinuat q; vita sua vocat, plongari q̄tū pōt via nature: ita q; mozs cius sit naturalis ⁊ nō anticipata. c Ecce hoc ut inuestigauimus. p scripturas ⁊ experientias. d Ita e. p̄m veritatē. e Ad̄ auditū mente pertracta. vocpsita impatientie tue tristicia: q̄ impedit veritatis p̄sideratiōnē. cōturbati enim minus p̄uident p̄m philosophū. ij. de coe. f Cap. vj.

Respondēs ⁊ iob dixit. Vtinā appenderent peccata mea quib⁹ iram meruī: ⁊ calamitas quā patior in statera: quasi harena maris hec grauior apparerent. Unde ⁊ verba mea dolore sūt plena: quia sagitte dñi in me sunt quarū indignatio ebibit spiritum meū: ⁊ terrozes dñi militant contra me. Nunquid rugiet onager cum habuerit herbam: aut mugiet bos cum ante p̄sepe plenū steterit: Aut

tuū: ⁊ progenies tua quasi herba terre. Ingredieris in abundātia sepulchrū: sicut infertur aceruus tritici in tempore suo. Ecce hoc ut inuestigauimus: ita est: quod auditum mente pertracta. VI

Respondens autē iob dixit. Vtinā appenderent peccata mea quib⁹ iram meruī: ⁊ calamitas quā patior in statera: quasi harena maris hec grauior apparerent. Unde ⁊ verba mea dolore sūt plena: quia sagitte dñi in me sunt quarū indignatio ebibit spiritum meū: ⁊ terrozes dñi militant contra me. Nunquid rugiet onager cum habuerit herbam: aut mugiet bos cum ante p̄sepe plenū steterit: Aut

potuerit comedi insulsum: quod non est sale conditū: Aut pōt aliquis gustare: quod gustatū affert mortē: Anime enim esurienti etiā amara dulcia esse vident. Que prius nolebat tangere anima mea: nūc pre angustia cibi mei sunt. Quis det ut veniat petitio mea: ⁊ quod expecto tribuat mihi deus: ⁊ qui cepit ipse me cōterat: Soluat manū suam: ⁊ succidat me: ⁊ hec mihi sit consolatio ut affligens me dolore nō parcat: nec contradicam sermonib⁹ sancti. Que est enī fortitudo mea ut sustineam: aut quis finis me⁹ ut patienter agam: Nec fortitudo lapidum fortitudo mea: nec caro mea enea est. Ecce non est auxilium mihi in me:

